


Ge  
rt.  
vit.  
ent  
en



BIBLIOTECA  
DE LA  
Universidad de Salamanca.  
Sala 2. Est. 13 Tab. 3 Núm. 2 -



258



258



78

I  
00258

2-13-3-2

Num. 36. cap. 5. num. 10.



Benedictus Brognolus generosis patriciis Venetis Laurétio georgio: Iacobo que Baduario. Sa. Plurimam D.

Imonem ferunt optimi iuuenes cum ex eo aratus quassisset quoná pacto opa Homeri quæ sine menda essent cōparare possent: respondisse si aliqua antiqua exēplaria incidisset: nō aut in ea duæ iā ab aliquo fuissent emēdata: q̄ ui delictet aggressi castigare ea uolumina uolētes ipsa corrigere deprauasset. Hoc nescio an factū sit ut possit dici sup Diogene Laertio: quem ut iussistis suscepi re cognoscēdum. Nā pro uiribus quidē dedi operā ut ad eā integritatē ipsum redu cerē qua traductus fuit. Sed ad huiusmodi rē quæ proculdubio est utilissima op⁹ est etiā tū iudicio quodā nō mediocri: qđ ex tenuitate doctrinæ meæ sentio q̄ in me sit exiguū: tū etiā animo aliis curis uacuo: ac aliq̄to spatio t̄pis: quæ ex lectiōi bus meis & publicis & priuatis: aliisq̄ occupationibus q̄ parce mihi tribuantur ut ipse taceā uos mihi testes estis: q̄ optime nostis q̄ raro ac difficulter mihi unq̄ def ocioso esse. Sed utcūq̄ sit: q̄ ad me attinuit pro suscepti muneris officio illud arbi tror me cōsecutū esse: ut non aliter a fratre Ambrosio q̄ e græco in latinum eum uertit: hoc enim maxime quæsitū est: traductus fuerit q̄ magistro Nicolao a me traditus fuit i primēdus: exceptis tantūmodo epigrāmatibus & uersibus quibusdā: quos ab illo prætermittos cōponēdos curauimus eiq̄ addēdos. Neq̄ uero facile uidere potui quonāmodo honeste possem aut munus hoc quod ut suscipere rō gabatis recusare: aut susceptū q̄ accuratissime liceret non obire: uel ex cōi officio quo tenemur oēs si possumus aliqd utilitatis in mediū afferre: cū p̄sertim ad stu dia litterarū p̄tineret: quarū laudes plures sunt ac maiores q̄ ut uerbis eas q̄ sp̄iā q̄ tū uis disertus sit atq̄ eloquens satis pro dignitate cōplecti possit: si modo is sim qui ea in re quicq̄ conferre ualeam. Sed cum his rationibus facile aductus sim: ut morem uobis gererem: illud tamen non dissimulabo: tantā iocūditati mihi esse: uidere quæ fuerit uita uniuscuiusq̄ philosophi: qđ Diogenes dilucidissime tradi dit: ut uel hac re sola facile potuerim p̄suaderi: ut hunc librū recognoscerē: nedū cū hac in re eadē opera & meā possem & uestre satifacere uolūtati: quos p̄ uis meritis tanti facio quāti quos plurimi. Nisi forte uacantes medicinæ cū legāt ali quod opus Hippocratis qui primus medēdi præcepta clarissime ferē cōdidisse: aut Diocli carystii q̄ fama ætateq̄ secundus exitit: aut alicuius alius eius artis ac sciētia magri: flagrēt cupiditate iterdū ut sciāt quæ fuerit p̄ria eorū: q̄ maiores & reliq̄ quæ ad ipsorū uitā p̄tineāt: Dediti studiis philosophiæ nihil moueant scire aliqd tale d̄ Platōe aut Aristotole aliisue philosophis: quorū aliqd opus legāt cū illi corporibus: hi aut ais q̄ lōge nobiliores sūt & curādis & excolēdis icubuerit. Quid q̄ in hoc libro continetur etiam origo philosophiæ: ut aucta fuerit: ut ad summū p̄ducta: quot partes habeat: & quas: cū sententiis uniuscuiusq̄ philoso phi: & factis egregiis: atq̄ adeo ita ut hæc oia tanq̄ in pictura p̄posita tibi liceat in tueri. Ergo si a Diogene unū horū tantūmodo traditū esset non inuitus perlege rem: cū hæc oia sit cōplexus nō libenter legā? Ego uero ipsum etiā libētissime & legi & lego: ex quo nō mō cognitionē multarū rerū cōsequor quæ mihi sumo pere placent: uerū etiā copiā exēplorū qualia ex sūmis uiris in omni genere scien

tia præstantibus haberi decet. Quod si nō oia probanda sunt quæcūq̄ tradide rint oēs hi philosophi: mihi tamē iucundū est uidere qui fuerint academici q̄ eliē ses: qui italici philosophi & alii: item qđ unusquisq̄ senserit: & cur & ex erroribus aliorū uidendis sit ut ueritatē melius p̄cipiā & in ea ualidius etiam aius cōfirmet. Quæ oia etiā aliis quicq̄ hunc librū accurare p̄legerint nō dubito cū summa iu cunditate euētura: cū p̄sertim mendæ sublata fuerint & corruptiones: q̄b⁹ ple rumq̄ lectores a deo grauitate offendunt ut uel eis solis a legēdo profus deterre antur: & omnia ita sint distincta: ut ad ea intelligenda lecturis nulla difficultas sit futura: Vnum tamen uelim nemini occultum esse: etiam in græco quādā esse lo ca ubi aliqd defit: quibus exceptis nihil esse arbitror qđ nō recte sese habeat. Ac cipientis ergo recognitionē nostram ea mente qua uobis dat & ita accipietis: ut si nō oibus p̄tibus q̄rit absoluta nō uolūtatem: sed facultatem defuisse existimetis. Valete. Venetiis pridie idus Augusti. MCCCC LXXV.

Fratri Ambrosii in Diogenis Laertii opus ad Cosmam medicem epistola.

Oluenti mihi quædam græca uolumina uenit ad manus Laertii Dioge nis de Philosophis prolixum opus. Id & si auctori plus in legēdo studii q̄ in scribēdo diligentia fuisse ex ipsa lectione dephenderā: quia tamen uaria erat historia: & plurima cognitu necessaria continere uidebatur: latinum fa cere amicis: maxime id fieri oratibus statui. Quāq̄ n. sacris transferendis iā pridē studiū omne tēpusq̄ deuouerā: atq̄ id religionis instituto magis cōsentaneū: ab hoc tamen ueluti curriculo modice deflectere ut studiosis moreni gererē: haud q̄q̄ reprehensibile existimaui: imo hoc ipso labore meo fore ut xp̄iā pietati tē dignitas magis pateceret: ac p̄ id fides in deū p̄optior ac ardētior sur tio uetissima suadebat. Quādo n. iter illos q̄ sapiētia secularis fuerit pri ta de deo rebusq̄ & diuinis & humanis opinionū concertatio est: ut ant: neq̄ ubi cōsistas repire possis: maiore profecto alacritate amplexitur grām: atq̄ ad fontē ueritatis accurrēs roris: & si n. apud illos sparsum probabilia quādā & r mēs tamē tāta opinionū uarietate fatigata libētis se recipit: & diuinis libris ac literis haurier at: & ipsa tamē quæ apud nobiliores quosq̄ ph ribusq̄ cælestibus: de natura rerū subtiliter ac u maxime astipulant. Merebatur n. profecto tā rio opa illa tā acris adeo celebre studiū sudoris ft deo id p̄mittente ut illorū quocq̄ testimonio fides ciperet. Multa in his & dicta grauitate & facta cōsta. illorū libris fidē inuolabilis ueritas capiat: uerū exēpl. citamētum uirtutis accedat: q̄ scēdū n. q̄q̄ plenū dedet & de deo suo pendentem & cui æterna uitæ spes certa operā pigeat: cū gētiles uiros & a ueri cultu dei ac relig ti modestia frugalitati cæterisq̄ id genus animi human duisse cōperit. Pleraq̄ exēpla huiusce pene dixerim euāg.



funt: ut pudendum uehementer & erubescendum sit: si id minus exhibeat christi q̄ mundi philosophus: plusq̄ in gētili pectore possit amor gloriae inanis: q̄ in animo xpiano religiose pietatis affectus. His atque huiusmodi rationibus facile mihi persuasum est: ut hoc traducēdi munus non modo ut inutile nō aspnerer: seu ut noxiū fugerem: sed cōtra penitus: ut cōmodū ac necessarium cōstanter aggrederer. Nepe si quē forte plus æquo eiusce hoium admiratio rapiat: eorumque gesta n̄ratis philosophiē praeferre seu cōferre & exēplis uelit id quod solum ferme timemus: is leuiter admonendus erit solidā potius uirtutem: q̄ adumbratam uirtutis imaginē admiretur: & enim ipsi quos stupet q̄ miserabili interdū lapsu corruerint ex ipsa lectione docebitur. Tibi itaq̄ Cosmæ uir humanissime: & xpianae nobilitatis decus: hoc opus dedicatū fuit: q̄ & auctoritate tua iprimis nos ad illud impulsisti & gentilis: ac nostrae philosophiē peritissimus q̄ta sit utriusq̄ differētia & dignoscere facileq̄ & diiudicare cōuenisti. Neq̄ id modo: uerū & de labore ipse nostro iudicabis. Eo. n. libentius de ingenio nostro ferendam tibi sententiā pmitto: quo maturitati grauitatiq̄ iudicii cōiuncta beniuolentia singularis errata nostra faciliore donabit uenia: ueracūdiāq̄ cōsulet nostrae: quā seueriorē censurā reformidās eundem & censorem & patronū habere cupit. Sane quoniā uerus plurimos & diuersos tū alienos: tum suos auctor iterferit: qd̄ abhorrere uideatur a grauitate historiae: illos traducere cōsulto omisit: ita tamen ut nihil deesse ex sensu necessario sim passus. Simul & rauca uox prolixam cōtionē ad quā neq̄ q̄ accessisset declinauit: ne risum moueret audiētibus. Plura quidē inserta sunt parte: tū dicta: tum facta & quae pudorē exagitant: sed illa quoq̄ nō omittenda: & uera suauit ratio. Sed satis ista superius. Tu si qua super ueris iure tuo recalcabis. Vale.

Laertii Diogenis uita & sententiæ eorum qui in philosophia pbati fuerunt.

P

HILOSOPHIAM a barbaris initia sumpsisse pleriq̄ autumnāt. Namq̄ apud Persas claruisse Magos: babylois: siue assyriis eius rei principes fuisse Chaldaeos: Gymnosophistas Indis. Celtis: seu gallis Druidas: & q̄ Semnothei appellabantur: qui ut ait Aristoteles in magico & Sotion in. xxiii. successiōis libro: q̄ diuini humaniq̄ iuris peritissimi: ac praeterea religioni: maxime editi fuerunt. Semnothei quoq̄ appellati sunt: Phoenicem insuper fuisse Ochum & Thraca Zamolxim: Libycūq̄ Atlantem. Ad hęc Egyptii Nili filium fuisse Vulcanum: eumq̄ ipsum philosophiē aperuisse principia. Porro ipsius rei Antilitites Sacerdotes ac prophetas appellari solitos. Ab hoc autem ad alexandrum Macedonum regem fluxisse annos quadraginta & octo milia octingentos sexagintatres. Quo toto tempore solis defectus contigisse trecentos septuagintatres: Lunae autem octingētos trigintaduos. Enim uero a Magis quorū principē fuisse Zoroastrem Persen memoriae proditum est: Hermodotus quidem Plonicus in libro de disciplinis usq̄ ad excidium Troiae annos quinq̄ milia computat. Xanthus uerō Lydius a Zoroastre usq̄ ad xerxis transitum sexcentos enumerat annos: Post eum autem magos plurimos sibi inuicem successisse Hostanas: Astropychos: Gobrias atq̄ pazatas: donec ab alexandro euersum est Persarum regnum. Sed hi profecto dum nesciunt graecorū recte facta inuentaq̄ barbaris applicant. Ab his nempe non solum philosophia: uerū id ipsum quoq̄ hominum genus initio manauit. Deniq̄ Musæo Athenae: Thæbae Lino inclytæ sunt. Horum alterum Eumolpi filium asserunt primum deorum generationem tradidisse: sphaeramq̄ inuenisse: & ex uno fieri atq̄ in id ipsū resolui oia dixisse. Hunc Phaleris obisse diē ibiq̄ sepultum esse: inscriptūq̄ ipsius tumulo Epigramma & genus illius & locū in quo sepultus fuerit testari. Eumolpi exanimem musæum terra Phalerum Continet hoc tumulo pignora cara patris. Porro musæi pater Eumolpidis apd̄ atheniēses cognomē dedit. Linū uero Mercurio: Musaq̄ Vrania genitū affirmāt: scripsisse autē mūdi generationē: Solis itē & Lunae cursus: aialiq̄ ac fructuū generatōes notauisse. Deniq̄ in primo statim uersu operis sui initia rerū altius repetēs cūcta simul nata memorauit. Quem secutus Anaxagoras: & ipse simul facta omnia asseruit: eaq̄ mente accedēte cōposita. Linū autē in Euboia occubuisse sagitta ab Appolline trāssixum: Thæbisq̄ ex urania musa p̄genitū: ipsumq̄ itidemq̄ eius tumulo incisum elogiū indicio est. Candida purpureis redimita tempora fertis Thæbanum uraniae continet urna linum. Ita philosophia non a barbaris sed a Graecis initiū habuit: cuius & ipsum nomē Barbarā oīno refugit appellationē. Qui autē illius inuētionem barbaris assignāt Orpheū quoq̄ Thraca in mediū adducūt philosophū fuisse & eē antiquissimū

Magi  
Chaldei  
Aristot  
Sotio  
Gymnosophista  
Druides q̄  
Semnothei  
Ochus  
Zamolxis  
Atlas  
Nilus ægyptius  
Vulcanus  
Alex mader  
Zoroastres  
Hermodotus  
Xanthus hedyus  
Yerxes  
Hostanus  
Astropychos  
Gobrias  
Pazatas  
Alexander m  
Musæus  
Linos

Eumolpidis  
atheniensis  
Anaxagoras  
Orpheus  
a iii

Handwritten signature and scribbles at the bottom of the page.



asseuerantes. Equidem is qui de diis talia comentatus est: an philosophus appellandus sit nescio. Videant certe qui ita uolunt quo sit censendus nomine: qui diis cuncta hominum uitia: & quae raro a turpibus quibusque flagitiosisque hominibus geruntur: impingit. Huc autem a mulieribus disceptatum perisse fama est. Caterum ex eo epigrammate quod in dio macedoniae insculptum est fulmine interisse cognoscitur: & illic sepultus a musis asseritur.

Orphea candenti transfixum fulmine tracem.  
Cum curua aonides hic posuere lyra.

Exponunt etiam mores & instituta singulorum: qui Barbaros aiunt philosophiae principes fuisse: Gymnosophistas ac Druidas obscure ac per sententias philosophari colendos deos: nihil mali faciendum: & exercendam fortitudinem. Priores illos mortis quoque esse contemptores Clitarchus asserit in duodecimo libro: Chaldaeos circa Astronomiae rationes praedictionesque occupari: Magos deorum insistere cultui: & praecellis ac uota & sacrificia quasi soli ab iis exaudiant offerre: de deorum substantia & generatione differere: quos item ignem: terram: & aquam esse: signa statuasque repraesentare: & eorum in primis qui mares esse deos ac foeminas dicunt errores improbare: de iustitia uerba facere: iniquumque arbitrari atque impiu igni sepelire. Iustum matrem ac filiam misceri: ut in uigesimo tertio libro ait Sotion. Diuinationem praeterea praedictionemque exercere: sibi deos apparere asserentes: plenum esse daemonibus aera qui tenuiter ac ueluti ex euaporatione acutius cernentium luminibus influant: exteriorum cultum & auri usum iterdicere. His autem uestis candida: lectus humus: esca olus caseus panisque cibarius est. Arundine per baculo utuntur: cuius item in summitate praefixum caseum ori applicantes mandunt. Magica illos diuinationis ignaros Aristoteles ait in libro quem inscripsit imaginum & Dion in quinto historiarum libro: qui Zoroastrem quoque ex interpretatioe nominis sui astrorum asserit fuisse cultorem. Hoc ipsum & Hermodorus tradit. Aegyptiis uero antiquiores esse magos Aristoteles auctor est in primo de philosophia libro: duoque iuxta illos esse principia: bonum daemonem & malum daemonem. Alterum ex his Iouem & Horomaldem: alterum Plutonem & Arimaniu dicit: quod Hermippus quoque in primo de magis ait. Eudoxus quoque in primo: & Theopompus octauo Philippicorum libro. Qui & reuicturos homines iuxta magorum sententiam dicit immortalesque futuros: & qui sunt omnia illorum praedictionibus durare. Ista Eudemus quoque Rhodius tradit. Porro Hecataeus deos quoque secundum illum esse genitos ait. Clearchus uero Solensis in libro de disciplina Gymnosophistas a magis fluxisse asseuerat. Plerique & iudaeos horum esse nepotes tradunt. Herodotum praeterea in ius uocat: medicumque arguit: quod magorum historia scripsit. Neque enim iacula in sole itorisse Xerxes: ut ille ait nec compedes mari imisisse: quod hi a magis dii sunt traditi. Signa tamen & statuas ex disciplina a uita hunc merito deesse. Aegyptiorum autem huiusmodi philosophia de diis ac pro iustitia dixere. Materiam principium fuisse rerum: ex ea deiceps quattuor elementa discreta perfectasque complures animates.

Solae ac Lunam deos esse. Alterumque Osirim: alterum Isim appellatos. Figurata illos loqui per catharus: & Draconem: Accipitrem aliaque animalia: Manethus auctor est in naturalium epitome: & Hecataeus in primo de aegyptiorum philosophia li

Orphei mors & epitaphium

Gymnosophistarum & druidarum mores describendo

Clitarchus

Magi Chaldaei

Deos non esse mares & foeminas

Sotion

Aristoteles

Dion

Magi antiquiores Aegyptiis

Zoroaster

Hermodorus

Horomaldes Arimanius

Hermippus

Eudoxus

Theopompus

Eudemus

Herodotus

Hecataeus

Clearchus

Manethus

Xerxes

Manethus

Manethus

Manethus

Hecataeus

Xerxes iaculum

solis contorsit

bro. Statuas insuper & phana fabricari: quae ignorent effigiem dei: mundum genitum: mortalemque & ad sphaerae similitudinem rotundum. Stellas ignem esse: quarum temperata commixtio cuncta super terram nasci. Lunam deficere cum in terrae incidit umbram. Animam & perdurare & immigrare. Pluuias ex aeris conuersionibus fieri. Ista & huiusmodi illos de rerum natura differere Hecataeus & Aristagoras tradunt. De iustitia quoque leges constituere: quas ad mercurium referunt.

Viles qualque & usum hominum accommodatas animantes diuino honore profecti sunt. Asserunt & ipsi Geometriam: Astrologiam: & Arithmeticae se primos inuenisse. De inuentione tante rei haecenus Philosophiam uero Pythagoras primum appellauit: seque philosophum cum Sicyone alloqueretur leontem. Sicyoniorum Tyrannum siue Phliasiorum ut ait Heraclides Ponticus in libro quem inscripserat περι της αἰσῆς: Nullum enim hominum sed solum deum esse sapientem. Antea ergo sophia. i. sapientia dicta: quae nunc philosophia dicitur & qui hanc profitebantur sophia. i. sapientes appellati. Quicumque ad summam animi uirtutem excreuerat: hos nunc honestiore uocabulo auctore Pythagora philosophos hoc est sapientiae studiosos appellamus. Ipsi tamen sapientes Sophistae itidem sunt dicti. Neque hi solum: uerum poetae quoque Sophistarum appellatione honorantur.

Denique Cratinus in archilocho Homerum & Hesiodum admirans ita illos uocat. Sapientes autem illi habiti sunt: Thales: Solon: Periander: Cleobolus Chilon: Bias: Pittacus. His annumerant plerique Anacharsim Scytham: Mysonem Chionum: Pherecydem Syrum: Epimenidemque Cretensem. Addunt alii Pisistratum Tyrannum: & hi quidem sapientes dicti. Enim uero philosophiae duo fuerunt principia unum quod ab Anaximandro: alterum quod a Pythagora fluxit. Anaximandri Thales praceptor fuit: Pythagora uero Pherecides. Appellatumque est id philosophiae genus Ionicum: quod Thales ex Ionia fuerit. Milesius quippe Anaximandrum instituit. Hoc autem Italicum: quod illius auctor Pythagoras in Italia ut plurimum philosophatus sit. Definit autem Ionica quidem in Clitomachum Chrysippum & Theophrastum: Italica in Epicurum. Quippe Thaleti successit Anaximander: Anaximandro anaximenes: Anaximeni Anaxagoras: Anaxagorae Archelaus: ei uero Socrates: qui prior ethicam inuexit. Huc uero tum Socratici reliqui tum in primis Plato: qui ueterem academiam instituit. Platoni Speusippus: & Xenocrates. ei Polemo: Polemoni Crantor & Crates: Cui arcesilaus quidem mediam induxit academiam: ei Lacydes qui nouam academiam inuenit. Lacydi Carneades: ei que Clitomachus: atque in hunc modum in Clitomachum desit. Sic autem in Chrysippum Socrati successit Antisthenes: Antistheni Diogenes Cynicus: ei uero Crates Thebanus: Crati Zeno Cittius: Zenoni Cleanthes: cui Chrysippus. In Theophrastum uero sic desit. Platoni succedit Aristoteles: Aristoteli uero Theophrastus: & huc quidem in modum Ionica philosophia definit. Porro Italicae haec series fuit. Pherecydi Pythagoras: Pythagorae Telauges filius successit. Ei Xenophanes cui Parmenides: huic Zeno Eleates: Leucippus Zenoni: Democritusque Leucippo. Democrito complures. Sed inter reliquos Nauisphanes: Naucidesque celebrantur. Eis uero suo ordine successit Epicurus.

stellas igne esse

Hecataeus

Aristagoras

Geometriae Astrologiae Arithmeticae inuentores

Pythagoras

Sicyon

Leon

Heraclides

des po

Philosophia Pythagorae primum uocata

Sophistae etiam poetae dicuntur

Cratinus

Thales

Solon

Periander

Cleobolus

Chilon

Bias

Pittacus

Anacharsis

Myson

Pherecydes

Epimenides

Pisistratus

Anaximander

Chrysippus

Theophrastus

Crates

Epicurus

Anaximenes

Anaxagoras

Archelaus

Socrates

Plato

Speusippus

Xenocrates

Polemo

Crantor

Crates

Arcesilaus

Lacydes

Carneades

Chrysippus

Philosophiae duo principia

Ionica philosophia

Antisthenes Diogenes Cynicus

Zeno Cleanthes Chrysippus Telauges

Arcesilaus Lacydes Carneades Chrysippus



Dogmatici  
Ephetic

Cherios  
Megarenses  
Eretrici  
Cyrenenses

Academici  
Stoici

Peripatetici  
Cynici

Eudemonici  
Philalethes

Elenctici  
Analogetici

Socratici  
Epicurei

Physici  
Ethici

Dialectici

Diuisio philosophiae  
ethicae philosophiae  
partes uel sectae decem

Hippobotus  
Anaxagoras  
Zenonem uel stoica  
Pyrrhoniam secta que  
Sceptice

Philos.

Philosophi autem generaliter in duo genera distribuuntur: alteri ex his dogmatici sunt dicti: quicunq; de rebus ueluti comprehensibilibus differunt. Alteri ephetici qui assensum continent & de rebus ita disputant: quasi comprehendere non possunt. Ex his plerique ingenii sui monumenta reliquerunt. Alii nihil penitus scripserunt. His ut quidam uolunt: Socrates annumeratur: Stilpon: item Philippus: Menedemus: Pyrho: Theodorus: Carneades: Bryso: Pythagoras: etiam secundum quosdam Aristochius: preter epistolas paucas: Alii sunt qui singula tantum opuscula scripserunt: Melissus parmenides & anaxagoras. Multa scripsit Zeno: plura Xenophanes: plura Democritus: Aristoteles plura: Epicurus plura: Chrysippus plura: Philosophorum alia Ciuitatibus sunt appellati ut Elenctici: Megarenses Eretrici: & Cyrenaici. Quidam a locis: ut academici: Stoici. Ab euentibus alii: ut peripatetici: Nonnulli a probis: ut Cynici. Alii ab affectibus: ut Eudemonici. Quidam ab elationis fastu ut qui se Philalethes: id est ueritatis studiosos: siue Electicos: & analogeticos uocant. Sunt item qui a praceptoribus sunt dicti: ut Socratici & Epicurei. Atque alii quidem quae de natura rerum scripsere Physici. Alii quae circa mores potius se occuparunt Ethici. Caeteri a differendo dialectici uocati sunt hi scilicet qui uerborum ac rationum acumine impugnant. Diuiditur autem philosophia in partes tres: Physicam: Ethicam & Dialecticam. Physicam proprium est de mundo: & de his quae sunt in eo differere. Ethicam uero de uita moribusque tractare. Porro Dialectice ambarum partium afferre rationes. Sola usque ad Archilaum physica uiguit. A Socrate ut dictum est Ethica in partem sumpsit: & a Zenone Eleate Dialectica. Ethicam uero pars in sectas decem scinditur: Academicam: Cyrenaicam: Eliacam: Megaricam: Cynicam: Eretricam: Dialecticam: Peripateticam: Stoicam & Epicuream. Veteris academiae princeps fuit Plato: mediae arcesilaus: nouae Lacydes: Cyrenaicae aristippus Cyreneus: eliacae phedon elienis: megaricae euclides megarensis: Cynicae antisthenes atheniensis: eretricae menedemus eretrienis: Dialecticae Clitomachus Calcedonensis: peripateticae Aristoteles Stagerites: Stoicae Zeno Citreus. Porro epicurea ab auctore ipso appellata est. Caeterum Hippobotus in libro de sectis: nouem ait fuisse sectas atque instituta: ex his megaricam primo loco constituit: secundam Eretricam: tertio Cyrenaicam: quarto epicuream: quinto anniceriam: sexto Theodoriam: septimo Zenoniam eandemque Stoicam: Octauo academicam ueterem. Nono peripateticam: Cynicam autem & eliacam atque Dialecticam nullam mentionem facit. Ea uero quae Pyrrhoniam dicitur propter obscuritatem a plurimis repudiatur. Hanc ipsam tamen plerique secundum aliquid sectam esse dicunt: secundum aliquid negant. Ea denique sectam dici aiunt: quae ratione aliqua iuxta id quod apparet & in promptu est sequitur aut sequi uidetur. Secundum quod & Scepticam non incongrue sectam appellabimus. Verum si sectam intelligimus appellationem ex his dogmatibus constantem quae sibi ipsis consentiant: non iam appellabitur secta: neque enim dogmata siue decreta habet. Ista de philosophiae incunabulis: puerilibusque partibus: sectisque breuiter diximus. Quam & ante paululum eclectica quaedam secta a potamone Alexandrino iuncta est. Qui de singulis sectis quaeque sibi placere selegit. Visum autem illi est: ut in institutione sua fateatur: multiplex esse ueritatis examen: alterum scilicet a quo iudicium fiat

Potamo alexandrinus

hoc est principale. Alterum per quod. i. solertissimam intimamque imaginem. Initiaque rerum omnium materiamque & qualitatem effectumque ac locum ex quo scilicet: & a quo & ubi & in quo. Fine uero ad quem cuncta referantur uita esse ait omni uirtute perfectam: non abique corporis naturalibus externisque bonis. Sed iam de uiris ipsis cuiusmodi fuerint: dicendum: ac primum de thalete.

Thales Milesius

Thales itaque: ut Herodotus: Duris: ac Democritus aiunt: patre Examyoma Herodotus tre Cleobulina ex Thelidarum familia: qui phoenicum nobilissimi a Cadmo Duris Theolids & agenore originem ducunt. Platone quoque teste natus: primusque sapiens Democritus uacatus est: quo tempore Damalius athenis princeps erat: sub quo septem quoque Hepomymus sapientes appellati sunt. Demetrius Phalereus in descriptione principum meminit. Mileti autem cuius inscriptus est. Profectus cum Nesteo ex phoenice. cum ille patrio solo excidisset: siue ut pluribus uisum est: indigena Milesius & claro genere fuit. Post reipublicae negotia sese ad contemplandam rerum naturam transtulit. Sane iuxta quosdam nullum ingenii sui monumentum dereliquit. Nam quae in eum referuntur nauistica astrologia phoenici Samii esse prohibetur. Calimachus inuictorem fuisse miotris urfae: ac notasse illius stellas tradit: quae phoenices nauigant sic dicunt uerba iabibus Plautri notasse dictus est minores. Stellas: quibus suum tenent tyrii cursum. Secundum quosdam duo sola conscripsit: de conuersione scilicet ex aequinoctio: caetera facilia esse ad precipiendum arbitratus. Putat plerique primum astrologiae secreta reuerentia. Solis defectus conuersionesque praedixisse: ut ait Eudemus in ea qua de astrologia scripsit historia. Quo circa Xenophanem & Herodotum illum maxime fuisse miratos. Id ipsum autem Heraclitum Democritumque testatur. Sunt qui illum imortales animos primum dixisse asseuerent: ex quibus est Chaeillus poeta: primus & solis cursum a conuersione in conuersione reppererit. Solisque magnitudini Lunarem orbem comparatum septingentesimam & uicesimam illius partem esse: prior ut quibusdam placet: dixit: primum etiam mensis ultimam triacada id est trigessimam uocauit. De natura quoque prior ipse disseruit: inanimatis etiam animas illi inesse putauisse Aristoteles & Hippocras auctores sunt conuincit id ex magnete lapide & succino. Ab egyptiis uero percepta geometriae disciplina primum descripsisse circuli triangulum rectis lateribus & imolasse boue refert pamphila: alii pithagoram dicunt: ut apollodorus supputator: porro quae Callimachus ait. Euphorbum phrigem inuenisse scalenam & trigonam: quaeque ad lineam speculationem pertinent ea iste auxit: atque propagauit. Constat illi & reipublicae commodis optime consuluisse. Nam cum socios milesios Croesus habere oraret: obstitit ille: eaque res postmodum Croeso uictoria potito salus ciuitatis fuit. Solitariae uero ac priuatae uitae adamasse tradit Heraclides. Quidam uero uxoribus rem duxisse filiumque Cidistum procreasse. Alii Calibem procreasse: sororisque filium sibi adoptasse ferunt: & cum rogaretur cur filios non procrearet: quod filiorum amore non teneretur: respondisse. Vergenti matri ut se matrimonio uinculis astringeret. Adhuc in tepestiuum esse dixit: emensa fere iuueta cum sibi illa acrius insisteret. Iam inquit tepestiuum est. Scribit autem Hieronymus rhodius in secundo cometaryorum eum cum

Herodotus  
Duris  
Theolids  
Democritus  
Hepomymus  
Cleobulina  
Cadmus  
Agenor  
Damalius  
Demetrius Phalereus  
Helenus  
Phoenices  
Callimachus  
Minores in se  
astrologiae  
mutor thal  
Eudemus  
Xenophanem  
Herodotus  
Heraclitus  
Democritus  
Chaeillus  
Aristoteles  
Hippocras  
Pamphila  
Apollodorus  
Callimachus  
Euphorbus  
Phrix  
Croesus  
Cyrus  
Heraclides  
Cidistus  
Hieronymus rhodius

Solitariam uitam ac priuatom  
adamasse heraclidom thaleto

Callimachus  
pro potestatem  
uia



Principiu omniu aq  
pindar? deasor?  
videt  
Mundus animatus

De Tripode inuento  
a piscatoribus

robymae?  
pollo

elphini? apollo

Nota dictum cele  
bre lacedemonioz

amp noma  
(son?)

Callimach?  
m rambis

leander  
milesius

Bathycles

Therion

Cleofus

Alepo

mynas?

eudox?

gndis?

euanth?

miles?

croesus

myso?

eudox?

plato

Anachm?

dadac?

clearch?

andro

aristodem?

alce?

phanodich?

beas

pelops

menela?

uellet ostendere q̄ sit facile ditari præcognita futura ubertate conduxisse olearia pecunia q̄ innumeras sibi comparasse. Principiū omniū aquā esse dixit: & aiātū mundū: ac demonibus plenū. Anni tēpora illorūq; uicissitudines priorē inuenisse ferūt: eūq; in trecētos sexagita q̄q; dies diuississe. Nullo p̄ceptore usus ē nisi inq̄ tū aegyptiis sacerdotib; eo p̄fectus familiariter ihesit. Porro Hieronymus mēsu eē Pyramides umbrā asseruādo memoria tradidit: q̄do nobis aqua magnitudi ne sūt: thrasybulo quoq; milesiorū Tyrāno: ut ait minyestōiūxit. Quæ uero de tripode a piscatoribus inuēto sapiētibusq; a plebe milesiorū dedicato memorant. manifesta sūt. Aiūt. n. Ionicos adolesecētes quosdā a piscatoribus milesiis iactū ratis emisse: capto deide ex̄ ducto tripode orta cōtētio nō ante sedata ē q̄ delphos a milesiis missum respōsūq; a deo est illius esse debere q̄ oēs sapiētia excelleret. De tripode ex phæbo quaris milesia proles Huic tripodem addico cuius sapientia prima. Datur ergo Thaleti: thalesq; illū alii dat: & rursus ali; alii: donec ad Solonē uētū est. Qui deū primū eē sapiētia asserēs illū delphos misit. Ista callimachus i iabis aliter tradit accepta scilicet a Leandro milesio: bathyclē enim quēpiā arcadē phialā reliqsse: atq; mādasse dari sapiēti primo: datāq; thaleti: ac p̄ orbem rursus Thaleti: quā ille apollini didymæo misit: sic dicēs secundū callimachum. Plebem regenti me thales nileo dat. Clarum bis hoc qui iam secutus est donum. Pedestris aut̄ oīo sic se habet thales exāmyi filius milesi; apollini Delphinio græcorū p̄miū bis nactus. Qui aut̄ circūtulerat phialā bathyclis filius Therion uocāba: ut Eleusis ait in libro de achille: & alexo: myndūs in nono fabulosoꝝ. Eudoxus aut̄ Cnidius Euatēsq; milesius aiūt Cræsum amicū quēdā aureum poculū a rege accepisse: ut illud sapiētissimo græcorū daret: ipsūq; thaleti dedisse puēisse que ad Chilonē. Ei uero cū a Pythio q̄reret: q̄snā eēt se sapiētior: respōsū eē mysonē de quo suo loco dicem; hūc Eudoxus pro Cleobulo: Plato p̄ Periandro ponit. De ipso hæc respondit apollo. Te magis esse cano curis illustrib; aptū. Etheū q̄ndā generatū chene misonē. Qui aut̄ Pythium rogauerat anacharis fuit. Dædacus Platonius & Clearchus oblatā a Cræso ad Pitacū missā atq; ita in orbē circūlatā ferūt. Andro uero i tripode argiuos ait uirtutis præmiū sapiētissimo græcorū Tripoda cōstituisse eūq; Aristodemū spartiatā fuisse iudicatū: quē itē cōcessisse Chiloi meminit aristodemus. Alceus quoq; asserēs dictū illud apd̄ spartiatas celebre: pecuniæ uir: pauper uero nemo bonus ē. Pleriq; a Periandro ad Thrasybulū milesiorū tyrānū onustā nauē missā referūt. Ea uero cū circa eorū mare naufragiū fecisset: iuētū post a piscatoribus tripodē: q̄ ea uehebat. Phanodicus circa mare atticū reptū atq; i urbē dlatū scribit: scāq; cōtētōe ex d̄creto publico Biāti missū: cām suo loco dicemus cū de biate dicēdū erit: alii a uulcāo fabre factū tradūt: ac p̄ mūrē Pelopia d̄o datū: cū ille uxore duceret: demū ad menelaū puenisse: raptūq; cū helena ab Alexandro i eorū marē fuisse iactatū: alacana rixarū cām fore asserēte. Post lapsū t̄pis cū qdā illic lebedii ratis iactū mercati eēt: tripodā quōq; fuisse cōphēlū: & cū exor

Helena

to cū piscatorib; iurgio coū ascēdisset: nihilq; p̄ficerēt: miletū q̄ erat metropolis eā rē dtulerit. Missi a milesiis legati q̄ eā rē cōpōerēt: infecto negotio ruerū sūt. Milesii ut se cōtēpti uiderūt: aduersus coos armis decernere p̄gūt plurimiq; hic ide cadētibus: diuino oraculo respōsū ē sapiētissimo dādū tripodā. Mox in Thaletē utreq; pres cōfēlere. Hūc ille postmodū didymæo deuouit apollini. Cois itaq; re spōsū nō ate q̄eturā cōtētione q̄ aureū tripodā uulcani opus i mare iactatū ex urbe educerēt & ad eius uiri domū ferrēt: q̄ presentia & præterita & futura noscer. Non prius ionii me ropesque a marte recedent: Quam tripos auratus: pelagus quē iecit in altum. Mulciber: ex urbe emissus concedat ad ædes Mox hominis: cuius sit præsentia noscere promptum Quæ sint quæ fuerint quæ mox uentura trahantur. Milesius ut supra iā diximus respōsum uiro illi dādū q̄ sapiētia primus eēt oīum sed de his hæctenus. Hermippus autē in uitis in hūc refert: qd̄ a quibsdā d̄ Socra Hermipp? te dicif. Aiebat. n. inq;: triū maxime rerū cā grās se fortunæ agere. Primo q̄ homo nō bælua: deide q̄ uir nō mulier: tertio q̄ græcus natus eēt nō barbarus. Fertur cū domo exiret inspiciendorū siderū cā: in subiectā scrobē icidisse: petulantiq; que probro dictū ab anu domestica Quæ rōne. o. Thales q̄ i celis sūt cōprehēsurū te arbitraris: q̄ ea quæ sūt ate oculos uidere nō uales? Astronomiæ sane fuisse studiosissimū & Timō sciuit: q̄ illū i silis ei; rei laudat. Porro q̄ ab eo scripta scād ducētos uersus p̄tigere lobō Argiuus auctor ē: scriptosq; imagini ipius uersus: Hunc quæ nutriuit milesia terra thaletem Consilio primum prodidit astrologum. Miletū in ionia nutritum: Astrologumque fuisse & esse antiquissimum sapiētia testari. Que uero ipsius celebrentur ista esse. Non multa uerba signa sunt bonæ mentis. Quidam legas tu qui sapi se qui clarum. Solues enim uirum loquacium linguam. Nō multa uerba prudētis animi idiciū sūt. Vnū aliqd̄ sapiens diuina: unū q̄piā præclarū elige: solues. n. loq̄ciū ifinitos sermones uirorū. Ferunt eius & ista lētētia: antiquissimū eorū q̄ sunt oīum deus: igenitū. n. pulcherrimū mundus: a deo eni scūs est: maximū locus: capit. n. oīa. uelocissimū mēs: nā p̄ uniuersa discurrit: fortissimū necessitas: cūcta. n. lupat: sapientissimū t̄ps: iuenit nāque oīa. Nihil ait mortē a uita differre. Tu uero ait q̄spiā: q̄re nō moreris? Quia nihil inq; differt. Sciscitātū cuidā qd̄ p̄us factū eēt nox an dies? nox ait una prius die. Interrogatus lateret ne deos hō male operās? ne cogitās qd̄ inq;. Percōtātū adultero an iura ret se mime adulterasse? nō est ait piuriū adulterio deterius. Interrogatus q̄dnā eēt difficile? se iqt̄ ipm̄ nosse. Quid cōtra facile? alijs mōerē dixit: qd̄ suauissimū? frui inquit: quid deus? quod initio & fine caret: quid difficile uidisset? Tyrannū inquit senem. Quo pacto aduersa fortuna: ictus quispiam ferat facillime: si inimicos ait uideat deterius affectos: quomodo optime ac iustissime uiuemus? si quæ in alijs reprehendimus: ait ipsi non faciamus: quisnam scilicet

Tribus de causis  
gratias agebat  
dys. I.

Timon in silis  
Lobus arguunt

Thales  
fontēta

Mors a uita  
nihil differt





qui corpore inquit sanus: fortuna locuples: animoque non ignauus aut speritus ē  
 Amicorū presentiu & absentiu aequae memores debere esse ait. Nō cōponere fa-  
 ciem: sed bonarū artiu studiis aium excellere praclarū esse. Noli inquit ditari neq;  
 ter: neq; te in ius uocet sermo contra cōiūctos tibi ac sotios dictus. Quacūq; ait  
 stipēdia parētibus intuleris: eadē ipse a filiis expectat. Nilū ait excrefcere quando  
 etelae quae cōtrariae sunt undas repellunt. Ortum primo anno trigesima quinta  
 olympiadis Thalē Apollodorus i chronicis tradit: mortuūq; aetatis aō lxxviii.  
 siue ut Socrates ait nonagesimo. Quinquagesima quippe & octaua olympiade  
 esse defunctū. Cræsi uero fuisse tēpibus: cui & pollicitus sit alyn fluuiū sine ponte  
 traicere auerfis undis. Fuisse & alios quōq; huius nominis uiros Demetrius ma-  
 gnesius in aequiuocis fatetur: Primū rhetorē calatinianū: Secundū pictorē sicyo-  
 niū. Megalophyen tertiū: eūq; antiq;ssimū ferme hesiodi: homeri: lycurgiq; tēp-  
 bus: Quartū cuius meminit Duris in libro de pictura: Quintū iuniorē & obscu-  
 rū: cuius & Dionysius in criticis mentionē facit. Sapiēs igit Thales obiit cū certa-  
 men gymniciū spectaret: aestu scilicet ac siti: & infirmitate fatigatus iam uetulus:  
 in cuius laudes extant Epigrammata.

Gymnicon aspiceret cum rursus agona thaletem:

Traxisti e stadiis Iuppiter aelie.

Hunc laudo caelum proprius q̄ duxeris ultra.

Non poterat terris astra uidere senex.

Nempe hic exiguus tumulus: sed sydera scandit

Gloria: sunt cuius haec monumenta thala.

Huius illud est: nosce te ipsum. Quod antisthenes in successiōibus ait fuisse phe-  
 mones: Idq; sibi usurpasse Chilonem.

De septem sapientibus

Hoc in loco generatim ipsorū faciēda mētio ē: q̄ nā fuerit de illis inter uete-  
 res & q̄ta discordia. Damon Cyrenæus cū de philosophis scriberet: oēs inli-  
 mulat & septē in primis. Anaximenes aut oēs ait poeticae magis fuisse studiosos.  
 Dicæarchus neq; sapiētes neq; philosophos fuisse eos asserit: sed sensatos plane  
 uiros: legūq; latores. Archetimus syracusanus illorū cū cypselo cōgressū scripsit  
 cui se quoq; interfuisse ait. Euphorus apud Cræsum praeter unū thalē cōgressos  
 tradit. Aiunt aut quidam & in panonio & corintho & delphis eos cōuenisse: illo-  
 rumq; sententias ponunt: quae nam cuius sit exponentes ut illud: lacædemonius  
 fuit Chilo sapiēs: qui hęc ait: nihil nimis. Tempori cuncta adsunt bona. Magna  
 & de illorum numero discordia est. Leandrius enim pro Cleobulo & mylone:  
 Leophantū gorsia lebedium siue ephesū inserit. Epimenidemq; cretensem  
 Plato autem in prōtagora mylonem pro periandro: ephorus pro mylone ponit  
 Anacharsim. Alii Pythagorā adiiciūt. Porro Dicæarchus quatuor nobis cōsen-  
 su omniū sapiētes tradit thalē: Biantem: Pittacū atq; Solonē: tum sex alios noiat  
 quorū ex numero tres eligit. Aristodemū scilicet: Pāphilū: Chilonē lacædomo-  
 niū: Cleobulū. Anacharsim & periandrū. Addūt quidā acusilāū Cabā siue Sca-  
 brā argiuū. Hermippus aut in libro de sapiētibus decem & septem fuisse tradit

Nili excrefcens causa

Apollodor

Socrates

Alys. fl.

Croesus

Megalophy

Demetri

magne

es

Duris

Dionys

Antisth

nes

Phemonas

Chilo

Damo Cy

renæus

Anaxime

nes

Dicæarch

Archetim

Cypsel

Euphor

Leandri

Leophant

Gorsiae

Plato

Ephorus

Dicæarch

Cabas siue

Scabras argiuus

Hermippus

quorum ex numero septē alii aliter eligant: sic autem illos computat: primo lo-  
 co ponit Solonem: tū Thalem: Pittacum: Biantem: Chilonem: Cleobulū: Peri-  
 andrum: Anacharsim: Acusilāū: Epimenidē: Leophantū: Pherecydē: Aristode-  
 mum: Pythagorā: Laſum charmatida: seu Silymbri: siue ut Aristoxenus tra-  
 dit chabrimi filium: Hermioneū: Anaxoram. Enim uero hippobotus i descri-  
 ptione philosophorum hāc illorū serie exponit: primo Orpheū: deinde linū: tū  
 Solonē: Periandrū: Anacharsim: Cleobulum: Mylonē: Thalē: Biantē: Pittacū:  
 Epicharmū: & extrēo loco Pythagorā: Ferunt & ista: Thalesis epistola: Thales  
 pherecydi. Audio te primū Ionū d diuinis rebus apud græcos palā differere pa-  
 rare. Verū iustiore fortasse sentētia iter amicos ea que scripseris leges q̄ passim q̄  
 buscūque pmittes nullo illis emolumento futura. Equidem si tibi gratū cogno-  
 uero: uolo conscis eorū quae scribis esse: ac si qdē iubes ad te mature proficiscar-  
 neque enim ad eo amētes ac stolidi sumus ego & solon Atheniēsis: ut cum nau-  
 gio cretam petierimus: uisendi gratia: aegyptūq; itidē penetrauerimus: ut istic sa-  
 cerdotibus & astronomis cōgrederemur: ad te nō pari studio nauigaturi simus  
 Veniet enim & solon ipse si annus. Nanq; tu loci illius amore detentus raro in  
 Ioniam transis: neq; peregrinorum hominū desiderio tangeris. Verum uni tan-  
 tum ut spero scribendi negocio incūbis. At nos qui nihil scribimus: grāciam ali-  
 amq; pagamus. Vale. Thales Soloi. Athenis si excedas: mileti ut equidem re-  
 or cōmodissime habitare poteris: est enim uestra colonia: patierisq; dirum nihil.  
 q̄ si & apud Mileeos execraris tyrannidē: aequae enim ubique tyrannos infestos  
 habes: At cū amicis nobiscum scilicet uiuere erit iucundissimū. Scripsit ad te Bi-  
 as ut prienam proficiscaris. Eam tu urbem si gratius inhabitaueris: & ipsi eo ad-  
 te aduolabimus. Vale.

Solon Salaminus.

Solon Excestide filius Salaminus primum quidem ipsam sisachtheam in-  
 uexit atheniensibus: sic autem appellabatur corporum possessionumque  
 redemptio. plurimi quippe per summam inopiam fœneratoribus corpora sua  
 exponebant: ac super his fœnerabantur. Cum igitur septem sibi talenta ex patri-  
 monii sui iure deberentur: ea prior indulsit: ac reliquos idem facere exemplo suo  
 prouocauit. Eaque lex sisachthea appellata est: hoc illi id quod minime obscu-  
 rum est: fœlix initium faustumque fuit ad ceteras condendas leges: quas enume-  
 rare longissimum esset: minimeque necessarium. cum illa tabulis aereis incisae  
 sunt. Est autem id ipsius factum uel celeberrimum sc̄um de proprietate salami-  
 nae ipsius patriae inter athenienses & megarenses ferme usque ad interitum ara-  
 mis dimicatum esset: multisque cladibus acceptis: capitale apud atheniē-  
 ses esse cœpisset si quis legem de uindicanda insula ferre auderet. Sollicitus  
 Solon ne uel tacendo parum Reipu. consulere: uel consulendo sibi nocer-  
 ret: subitam sibi dementiam simulat: cuius uena non dicturus modo prohi-  
 bita: sed & facturus erat. Deformis habitu more uacordium in publicum  
 euolat: factoque concursu hominum: quo magis consilium dissimulet: in for-  
 litis sibi uersibus.

Lafus  
Charmantides  
Silymbrius  
Aristoxenus  
Chabrimus  
Hermionius  
Anaxagoras  
Hippobotus

Thales  
epistola

Pherecydis  
Solonis & thale-  
tis peregrina-  
tiones ob stu-  
dium philoso-  
phiae

Excestides

Sisachthea

Bellum inter a-  
thenienses & me-  
garenses de  
salamine insu-  
la



Mutata patria pholegádrus aut sicinites  
 Tunc ego dicebar: Atticus ante fui.  
 Certe hominum rumor subito uolitare ad aures:  
 Atticus hic hominum quis fugitur salamis.  
 Ad salamina graue expulsi dedecus imus.  
 Et conferturi summinimus arma manus  
 Per praconē suadere populo cœpit quod uetabat. Oiumq; ita aios cœpit: ut ad  
 uersus megarēses bellum extrēplo decernerent: insulaq; deuictis hostibus atheni  
 ensium fieret. Persuasit Atheniēsis in thracia quoq; sibi uendicare chersonē  
 sum fac ne magis ui q̄ iure. Salaminam possidere uiderētur. effosis q̄busdam tu  
 mulis cadauera ad orientem solem conuerla: qui atheniensibus sepeliendi mos  
 erat: ostendit sepulchra item ipsa ad orientem posita: insculptaq; ipsis paganorū  
 noia: quod quidē ppriū Atheniēsiū fuit. Aiunt pleriq; illū ex inde Homeri scri  
 psisse cathalogum ab eo loco: ubi aiacē ex salamina duodeci duxisse naues ait.  
 Bissenis salamine aiacum cum nauibus ibat:  
 Cecropidum quo castra loca posuere phalanges.  
 Ex eo iam tēpore plēbis in se animos ita conuerterat: ut sibi illum oēs percipi  
 de regnare cuperent. Eis uero ille in tantum affuit: ut acquiesceret: ut auctore So  
 sicrate pisisstratum quoq; propinquum suū: cū sibi tyrannidem parare intelliger  
 ret: quantum in se fuit phibuerit: nam euocata cōtione profectus in publicum lori  
 ca armatus & clypeo pisisstrati insidias & improbos conatus aperuit. Neq; id so  
 lum: uerum & uiuare paratū ac pro libertate sese pugnaturum asseuerauit: Viri  
 inquiens Athenienses aliis quidem sapientior: aliis uero fortior sum. Sapientior  
 enim illis sum: q̄ pisisstratū istū non animaduertunt: fortiorq; his qui sciunt ill  
 lum quidem: sed metu reticent. Senatus uero q̄ studerent pisisstrato: insanire il  
 lum pclamabat: At ille meā inquit insaniā ciuibus breui tempus ostendet o p  
 sistratidæ essent: cum ueritas in lucem uenerit. Elegi autem ipsius de tyrānide pi  
 sistrati sunt hi.  
 Vis niuis & pelagi tempestas nube creatur.  
 Horrēdum excutiunt sidera clara sonum.  
 Et cecidere uiris persape potentibus urbes.  
 Seruiuit soli nescia plebs domino.  
 lam uero pisisstrato rerum potito minime obtēperans: ante curiam atma depo  
 sivit dicens illud. O patria tibi equidem uerbo & opere auxiliatus sum: i aegyptū  
 nauigauit: atq; inde cyprium pfectus: postremo ad crœsum peruenit: a quo in  
 terrogatus quis nam sibi fœlix uideretur: Thelus inq; atheniēsis & cleobis: & Bi  
 to & cætera quæ sunt in ore omnium. Aiunt quidā Crœsum cū se exquisitissime  
 omnium ornamentorum genere composuisset: sublimiq; in folio sederet: inter  
 rogasse eum an pulchrius unq; spectaculū uiderit: illūq; dixisse gallos gallinace  
 os: salianos: atq; pauones. Naturali enim eos flore & incredibili speciositate ue  
 stiri. A crœso deinde in Ciliciā pfectus urbem condidit: atq; ex suo nomine Sol  
 los appellauit: in qua paucos atheniensium statuit: qui tractu temporis cū patriā

Homere)

Nota pro homeri catalogo

Soficrate Pisisstrato)

Patria tibi gode uerbo & ope auxiliatus sum

Crœsus Telus Cleobis Briton

Soli urbs a Solone condita & appellata

uocem corrupissent: solœizare dicti sunt: & appellabantur hi quidem Solenses  
 qui Cyprii uero Solii. Cum uero pisisstratū in Tyrannide perseuerare didicisset:  
 ista atheniensibus scripsit. Si quidem p uestra u recordiam dira toleratis: nihil in  
 hac parte diis acceptum referatis: ipse enim horum uobis causa estis: q̄ pignora:  
 ut duram seruitutem pateremini dedistis. Vestrum uero unusquisque uulpis ue  
 stigiis icedit: Omnibus aut una leuis & stolidus mens est. Quippe uiri linguā ser  
 monēq; uariū & plenū astutia & fallacia attēditis: rerū exitū cōsiderare nescitis.  
 Tristia commissæ luitis si præmia noxæ:  
 Non uos in superos concitet ira deos.  
 Nanq; uiros auxit uestri custodia quondam  
 Subdita qui nobis sub iuga colla premunt.  
 Nam qui uos uestrum sequitur uestigia uulpis.  
 Mens stulta est uobis omnibus atq; leuis:  
 Linguam & enim aspicitis hominum diuersaq; uerba:  
 Quod faciunt sed non cernere uultis opus,  
 Hæc ille. pisisstratus aut cum illius fugam didicisset: sic ad eum scripsit:  
 Pisisstratus Soloni salutem.

Neque solus graucorū tyrānidē arripui: neq; mihi rem alienam usurpau  
 quippe genus a Cecrope duco: id enim mihi meo iure uendico quod a  
 henientes olim cum iureiurando firmassent: codro illiusque genti præbituros:  
 postmodum abstulerant. Cæterum in deos: uel in homines nihil alias pecco. Le  
 ges quas ipse atheniensibus dedisti: seruari atq; secundum eas uiuere iubeo: Et q̄  
 dem melius seruantur q̄ possent: si multitudinis imperio res ageretur: permitto  
 enim neminē iniuriam inferre: ac Tyrannus ego præter dignitatem & honorē  
 nihil a plebe differo: solis eis stipendius cōtētus quæ iis quoq; qui ante me regna  
 runt debebantur. Deniq; atheniētiū singuli decimas frugum suarum separant  
 non in usus nostros co. aluendas: nec in sacrificiis publicis cōmodisq; commu  
 nibus: & si quando bellum cōtra nos emerferit in sumptus deputandas. Tibi eq̄  
 dem nihil succenseo q̄ mentem meam consiliūque detexeris: quippe id potius  
 beniuolentia Ciuitatis q̄ mei odio detexisti: ac præterea q̄ ignores cuiusmodi  
 ego Rex futurus essem: qui iusti rectique tenax abs te factū scio: id enim si didi  
 cisse æquo aīo & conatus meos forte tolerasses: & te fugā haudquamquam cō  
 misisses. Redi igitur domum plena fide mihi & iniurato credēs nihil ingratum  
 passurum a pisisstrato Solonē. Nosti enim neminem etiā ex inimicorū numero  
 mali quippiā a me perpeffum. Deniq; si placuerit frui nostra amicitia: inter pri  
 mos eris. Nihil enim in te fraudis infidelitatisque conspicio. q̄ si aliter habitare  
 athenis nolueris: pro arbitrio tuo id facies: tantū ne nostri gratia patria excideris:  
 Vale. Hæc Pisisstratus. Solon aut humanæ uitę terminū. lxx. annos esse ait. Vide  
 rur autē id præclare statuisse si quis parentes nō enutrierit: is ignobilis & obscū  
 rus esto: similiter & qui patrimonii uersuram fecerit: is itē sectatum oībus  
 accusare uolentibus obnoxius esto. Porro Lysias in oratione quam cōtra Niciā  
 scripsit: Draconē asserit eā scripsisse legē: Solonemque tulisse: eū item q̄ neque

Solœizare unde dictū Diff. Solenses Solij

Cecrops Codrus

Anni 70 ter minus humana uita fecit dum Solone

Nicias Dracon



ac flagitiis insignis esse tribunali publicisq; suggestis arcendum statuit. Athleta-  
 rum quoq; premia castigata moderatione correxit: & ei quidem qui in olyn-  
 pia uicisset quingentas dragmas: qui uero in isthmia ei dari centum constituit: ea  
 demq; rone in certaminibus ceteris. Esse enim incongruum huiusmodi hono-  
 res modum desiderare: solummodo eos qui in praeliis occubissent premiis esse il-  
 lustrandos: quorum filios publice nutriendos erudiendosq; precepit. Quo sane  
 animati singuli fortiter ac strenue in bellis dimicabant: sic polyzelus: sic cynegi-  
 rus: sic callimachus: sic omnes qui in Marathonis expeditione pugnauerunt: sic  
 preterea Armodius: Aristogiton: Multiades: innumerabilesque alii. Hi uero du-  
 exercentur nimium praeiosi sumptuosique athletae: Et dum uincunt reipu. detri-  
 mento sunt: & contra patriam magis q; aduersus prouocatores coronantur: ac iux-  
 ta Euripidem cum senuerint pallis consumptis perit trama. Id preuidens Solon  
 eos modice accepit. Praclare & illud statuit: curatorem cu pupilloru matre non  
 inhabitare: cauitq; ne is fieret curator: ad quem post pupillorum obitum substi-  
 tia spectaret. Illud irem non licere anulario: uenditi anuli seruare sigillum: & qui al-  
 teri unum oculum eruerit ei ambos erui debere: & que non posuisti: ne tollas. si  
 quis secus faxit capitale esto. principem si ebrius deprehensus esset morte mul-  
 ctandum. Homeri poemata ut ordine refarcirentur scripsit: ut esset uersu sen-  
 suq; consequentia. Magis ergo Solon q; pilistratus homerum illustrauit: ut in  
 to Megaricorum dieuchidas ait. Primus aut trigesima die mensis ENHVK KEI NEEY  
 appellauit: nouemq; principum numeru ad sententias dicendas prior instituit  
 ut Appollodorus in secundo de legislatoribus refert. Seditione aut inter urbanos  
 agrestesq; ac maritimos exorta: neutraru se partium fecit. Aiebat sermonem esse  
 effigiem operis: Regem: qui esset fortissimus uiribus. leges aranearu telis dicebat  
 esse simillimas. Illis q; si quid leue & imbecillum inciderit: inuolui ab eis atq;  
 contegi. Si quid maius aut grauius peripi ac perire. Sermonem quidem silentio: si  
 lentium uero tempore signari dicebat. Qui apud tyrannos possent: eos calculis  
 quibus in componendis rationibus utimur comparare consueuerat: ut enim illi  
 interdum maiorem numerum: interdum minorem significant: ita & Tyrannos  
 horu quencq; prout libitu fuerit: aliquando illustrem & inclitu: aliquando obscu-  
 rum habere & ignobilem. Interrogatus cuius rei gratia contra parricidam legem  
 non tulisset: q; desperasset ait hoc scelus quo pacto item homines minime hu-  
 mana iura uiolarent: si sic doleant & afficiantur qui iniuriis non lacesuntur: ut q;  
 lacesuntur: facietatem ex diuitiis nasci: & ex fatietate contumelias gigni. Athe-  
 nenses uero ut dies secundu luna cursum agerent monuit. Thespim tragedias  
 docere prohibuit: inutilem eas falsiloquentiam uocans: ubi ergo seipsum pilistra-  
 tus colsternauit: inde ait ista pullularunt. Sunt aut eius monita quibus consulere so-  
 lebat hominibus: ut ait apollodorus in libro de philosophorum sectis. Huiusmo-  
identidem in species quinque distinxit: Aliam popularem aliam quam optimates agant: tertiā quae diffundat in paucos. regiā quartā: quā tyrānicā. Popularem reipublicam in eis esse ciuitatibus in quibus ad imperium multitudinis agit res: eiusque nutu magistratus eliguntur: & pro illius arbitrio ponuntur leges: Aristocraticā ubi neque diuites neque pauperes neque nobilitate uel gloria illustres dominantur: uerū soli qui sunt in ciuitate optimi rem administrant. Oligarchiā quādo a censibus magistratus eligunt. sunt enim pauciores pauperibus. Regnū bifariā scindi: Aliud enim secundū legem Aliud secundū genus esse: secundū legem consistere. Carthaginensium regnū: Annale quippe esse: Lacedaemoniorum uero macedonum secundū genus: habent. n. regni stirpem aliquam. Tyrānidē dici cum impulsis & in adactis ciues iugū dominationis uolenter admittunt. Iustitiā subinde tria esse genera: aliud circa deos aliud circa homines: aliud circa defunctos uersari: Nam & qui sacrificia secundū leges faciunt: sacrarumque rerum curam habent: religiosi circa deos ac pii sunt. Qui uero mutua depositaque restituunt iustitiam erga homines sunt: qui autem uita functis iusta persolunt tertiā illā iustitiā partem exequuntur. Disciplinā similiter tria esse species. Aliā quidem in actione consistere & practice dici: Aliā ex operis effectu consistere & appellari effectricem. Tertiā speculationi studere & theoreticam uocari: & ad id quidem nauiumque structurā ad effectricem illā pertinere: Videre quippe in promptu est opus consummatum. Ciuitatē uero & tybiam cantus pulsusque citharā & huiusmodi cetera practice subesse. Neque enim consummatum actu quippiam remanet quod oculis subiectum sit. Ceterum in ipso actu uis ois est. Itaque alius tibiis alius fidibus canit: alius reipublicam gerit. Porro geometria & harmonia & astrologia sub intelligentiā cadunt & speculationi tantummodo inseruiunt: Neque enim uel agunt uel efficiunt quicquam. Sed geometria quidem sollerter ut sese habet ad inuicem lineas: harmoniacus phthongos. i. sonos ratione diiudicat: astrologus sidera contempletur atque calū. Medicina itē quaeque species esse. aliā quippe dici medicabilem quae morbis medicamentis potione subueniat: aliā chirurgicā quae sectione & uisione curet: tertiā quae sola uictus ratione & ordine arceat a gradibus: appellarique dieteticā: quartā quae ex celeri discretionē morborum succurat aegris: uocarique νοσων νόμονικκν. i. morborum rationē mentē: quā adiutricem dici quod strenuo auxilio doloribus continuo liberet. Legis itē geminā esse distributionē: alterā scriptā inscriptā alterā. priorē illā esse ciuilem: quae uero inscripta uocatur eam a natura & usupficiis: puta nudum in forum pergere: Femineaque uti ueste nulla scripta lege prohibetur. sola id inscripta: naturalisque uetat lex. Orōnē quinquaria diuisione distinguere. Esse enim eius aliud genus: quo utuntur in concionibus hi qui administrant reipublicam. idque ciuile appellari: Aliud quo utuntur oratores demonstratiōi inseruiētes: dum uel laudant uel uituperant uel accusant quēpiam. Esse uero id genus oratoriū. Tertium quo priuati inuicem colloquuntur dicique priuatum. Quartum quo breui rogantur atque respondentes interrogantur utuntur: uocarique id genus dialecticum. Quinto quo artifices dum de sua arte disserunt: loquuntur appellarique id artificiosum. Musicae tria esse diuisiones. ex his aliā uoce sola consistere: ut cantum: aliam uoce simul & manu: ut cum neruorum pulsibus oris modulatione concinimus. tertiam solimanibus perfici: ut cum silente oris organo citharam percutimus. Nobilitatē quattuor in

Ciuitatis species 4

Democratia

Aristocratia

Oligarchia

Monarchia

Tyrannis qd.

Iustitiæ generat tria

Discipline species 3

Medicine species 4

Orationis quinquaria diuisio

Dialecticū generat orationis

Musicae diuisiones 3

Nobilitatis quattuor species

species diuidi: Quippe qui claris bonis iustisque maioribus fuerit exorti eos nobiles profecto esse: quorum item parentes potentes ac principes fuere: eos itidem nobiles dici. Tertio deinceps loco uocari nobiles quorum sint aui tanta & opinione celebres: qui uerbi gratia uel ex bellicis rebus praclare gestis uel ex certaminum corporis reportauerint: quartum esse nobilitatis genus idque praestantissimum: cum quis per se animi ingenio tate & magnitudine excellit. Hunc enim profecto ueraciter appellari nobilem: cui non aliena sed sua uirtus ad nobilitatem opituletur. Pulchritudinem itē in tria genera distinguere: aliā quippe esse laudabilem: ut formosam faciem: aliā quoque uel de seruire: ut instrumentum & domum: ea quippe propter quod speciosa sunt: uisibus nostris accommodata sunt. tertiā legibus studiisque consistere: eaque humanam uitam commodis maxime consulere: Aia tres itidem partes esse: aliā enim rationalem: aliā concupiscibilem: irascibilem tertiā. rationalem sedem esse consilii cogitationis & huiusmodi reliquorum: concupiscibilem esse appetendi cibi uel congressus & similia carum: irascibilem uero confidentiae uoluptatis doloris & iracundiae auctorem esse. Perfectae consumataeque uirtutis esse species quatuor: primam prudentiam: secundam iustitiam: fortitudinem tertiā: quartam temperantiam. Ex his prudentiam recte agendorum causam esse: iustitiam uero inter consortia: & humanam uitam commercia non uiolandi iuris auctorem. Fortitudinem autem ne in ter pericula & terrores a iustitiae tenore deuenimus officere. Porro temperantiam ad frenandas concupiscentias: ut a nulla uoluptate subigamur honesteque uiuamus sua nobis lege praescribere. Principatus itē quinquaria esse distributionem. Alium quippe esse legitimum: naturale alium: alium secundum consuetudinem: quartum secundum genus: quatum uiolentum. Denique magistratus ciuitatum si eligantur a ciuibus secundum legem principant. pro natura uero mares ubique gentium non modo inter homines uerum iter aiantes quoque foeminis praesunt. ex consuetudine uero & paedagogi pueris. & magistri discipulis imperant. pro genus autem Lacedaemonum reges dominantur. fluxit enim agere aliqua apud eos regnum. Eodem modo & apud macedones reges imperant. quippe & illic regnum ex genere institutum est: porro qui coactis ac pro summam uim impulsis ciuibus inuitis regnant huiusmodi per uim dominantur. haec quinquaria principatus distributio. Oratoriae sex species tradit. Nam quotiens iusserit orator bellum arripere & auxilium contra aliquem ferre. id genus uocatur adhortatio. Cum uero quae agere neque bellare neque opem ferre monuerit: appellatur ea species dehortatio. Tertia subinde species cum quis se a quolibet iniuriis affectum & complura incommoda perpeffum docuerit: eius modi uero uocatur accusatio. Quarta species defensio dicitur: cum quis qui accusatur se neque uiolasse ius neque aliud quicquam temere & nequiter egisse probat. Quinta deinceps species: cum quis bene & commode dixerit: honestumque ac bonum praedicauerit eaque laus siue laudatio dicitur. Sexta deinde cum turpe ac malum docuerit: & haec uituperatio potest appellari: Recte dicere in quatuor scindit: primum: enim quid dicere oportet obseruandum moerit: secundo quod multa dicere: tertio ad quos: quarto quando sit dicendum. ea igitur oportet dicere quae utilia futura sint & dicenti & auctoribus. Modum etiam seruare in dicendo conuenit: ut neque nimis multa neque pauciora quam satis est dicantur: adhibenda & personarum ratio: ut siquidem ad peccantes seniores dicendum sit: Verba illi aetati congrua loquamur: sin uero

Verus nobilis  
95

Anima partes 3

Virtutis perfectae  
species quattuorPrincipatus  
quinquaria diuisioOratoriae sex  
speciesRecte dicere  
quattuor  
diuisum

ad iuniores uerba facienda sint: maiore auctoritate utatur i dicendo. Tēpus item dicēdi obseruādū: ut neq; prius neq; posterius: q̄ rō exigit dicat. Alioq; p̄fectio uitii nō effugiet: q̄ secus faxit. Beneficiētia q̄ drifariā iplo auctore diuidit. Aut. n. pecuniis: aut corpib⁹: aut disciplinis: aut uerbis beneficiū p̄stari. Ac pecuniis q̄dē beneficiū cōstat: cū q; egenos: ut inopia liberent pecuniis iuuat. Corporibus res tāta agitur: cū se mutuo fouent hoies & ab iniuria cadentūq; petulātia manu in uicē uendicāt. Porro q; disciplinis liberalib⁹ ibuunt uel medicinā arte subueniūt: bōi aliqd docent: tertio illo beneficiētia genere utunt. At cū i iudiciū q; sp̄iā igref sus p̄ amico dixerit: eūq; ui orōnis adiuuerit: hic beneficiētia mun⁹ uerbis exple nit. Finē itidē rerū q̄ dr̄ipitū docet. Q uippe res aut fm̄ leges finē accipiūt: ut cū decretū aliqd lege firmat & iplef: aut fm̄ naturā finis reb⁹ accedit. Nāq; & dies: & ānus & āni tpa naturali lege decedunt. Aut fm̄ artē finis obuenit. Architectus arte cōsumat aedificiū: & nauū fabricator arte itidē p̄ficit nauē: aut fortuito finis cōtingit: ut cū secus ac putabamus & p̄ter opinionem aliqd accidit. Aut igif legitimus ē rerū finis: aut naturalis: aut arte cōstat: aut forte. Potentiā idē itidē q̄ tu or in spēs diuidit. aliā qppe ēē q̄ cogitare aīo & op̄ari possumus: aliā q̄ corpe ualemus & pergere & accipere & dare & cetera id genus: tertiā q̄ uel pecuniarum copia uel multitudine militū potentes dicūtur: Vnde & magna potentia pollere dicit rex: q̄rtā potētia distributionē: qua & facere ac pati bene & male possumus. Nā & ifirmari & erudiri cōualefcere ualemus & huiusmōi oīa: Primā itaq; potentia spēm cōstare aīo: secūdā corpore: tertiā exercitu atq; pecuniis: quartā in faciēdo atq; patiendo. Humanitatem itidē triplicē iducit: aliā qppe per salutationem fieri: ut cū forte obuiū quēlibet humaniter q; salutat: & dextrā porrigēs comiter excipit: Aliā esse eius speciem: cū i casus uarios erūnasq; iactato q; opem clementer impendit. Tertiū eius genus quo cēnas & cōuiuia inter se hoies celebrāt. Aut igif salutatōis officio aut ope & auxilio: aut cōuiuio frequentiq; cōgressu cōstare hūanitatē. Felicitatem quique partitā diffinit. primā eius partem bene cōsulere: Secundā sensibus & bona ualitudine corporis uigere. Tertiā i rebus gerendis fortūatum esse: quartā gloria & claritudie apd' hoies excellere. Q uita pecuniis rebusq; ceteris ad oēs usus hūanitatis affluere. Primū illud ex eruditōe multarūq; rerum peritia & experimento cōtingere: sequens ex corpis mēbris accidere: ut si q; uidet oculis: audit auribus: nariū: p̄terea & oris sensu uiget & integritate mēbrorū: q̄ sensuū instrumenta sunt. Tertiū inde puenire si q; qd' agere intendit ita egerit ut decet sapientem & strēnuū uirū quāq; illd' .i. gloriā celebratē ex opiniōe bōitatis emanare. Postremū rerum affluentia est cū cui ad uitā usus ita suppeditat pecuniarū copia: ut & amicos fouere beneficio & large ac liberaliter cuncta necessaria subministrare ualeat. Porro cui hęc suppetant oīa eū p̄fecte felicem ac beatū esse. Artes trifariā diuidit: prima in effectiōe ferri & metallorum materiaq; cadenda cōstituit: q̄ ista quasi p̄pet: Secunda ex his cōficiat aliqd: puta ex ferro ararius arma fabricat: ex lignis faber tibias & lyras facit. tertia i usu earū rerū ē. qppe cōstris frēis utit: armis bellica: musica tibis & lyra. Bonū in q̄tuor gēia diuidit. primo bonū dicimus hęc uirtutē. fo uirtutē ipam & iusticiā dicimus

Beneficentia q̄drifariam diuisa

Finis rerū q̄dr̄ipartitū

Potentia in q̄tuor speciebus diuisa

Humanitas triplex

Felicitas quinque partita

Artes trifariā diuise

Bonū in q̄tuor genera diuisum

bonū. Tertio cibos & cōmodam exercitacionē ac medicamenta. Quarto demū loco bonū dicimus tibiariū cātū histrionicā atque poetā. Eorū quæ sunt quædam dicimus mala: bona alia: alia neutra. Ex his mala esse quæ semp nocere possunt: ut est iudicii ratiōisq; priuatio: dementia iniquitas & huiusmodi cetera: Bona quæ his cōtraria sunt. Media quæ neutra ptē tuent: deābulatio: sessio: cibiq; p̄ceptio q̄ oīno neq; p̄desse possunt neq; obesse: ea uero neq; bona eē neq; mala. Optima legū moderatio in tria diuidit. Primo si sint leges p̄clara & optia. Secundo si ciues eas leges quæ ita lata fuerūt omni studio obseruēt. Tertio si iuxta cōsuetudines ac studia quorūlibet positis legib⁹ bene resp: administratur. Est igitur prima pars eiusce moderatiōis: ut sint leges optima. Secūda ut illas m̄aeatur. Tertia ut p̄claris consuetudinibus studiūq; uiuatur. Contraria huic laudabili legum moderatiōi iniquitas in tria itidē scinditur: aliud ex his est si sint leges pessima: peregrinisque & ciuib⁹ noxia. Aliud si his quæ sunt: minime obtēperetur. Tertio si nulla omnio sit lex. Cōtraria trifariā ita diuidunt: puta bona malis cōtraria dicimus: ut ius iniusticię: sapientiā insipientiā & huiusmodi cetera. Mala aut malis cōtraria sunt: ut p̄dgalitas auaritiā & iniusta p̄ena iniuste ipunita & cetera id gēus mala malis cōtraria sunt. Porro leuia grauib⁹: tardis uelocia: & nigra cādida: ut alteris neutra. Cōtrariorū igitur ptim ut bona malis cōtraria sunt: ptim ut mala malis: ptim ut neutra alteris media cōtraria dicuntur. Bonorū tria sūt genera. alia. n. ex his hēri: alia p̄cipari: alia subsistere: p̄ma illa sunt q̄ eē possunt: ut est iusticia & fanitas: sequētia quæ haberi qdē nequeūt: eorū tamē eē p̄cipies possumus puta bonū ipsum habere possibile nō est: neq; tamē est ipossibile illius participatione frui. Substantialia uero quæ neq; participationē admittūt: neq; habere possibile est sed eē oportet: ut p̄bū esse: & iustū esse bonū est: ea uero neq; habere neq; participare licet: sed sufficere ut probū eē & iustū eē. Et hęc bonorū est distributio. Consilium itidē tripartitū est. Aliud qppe a p̄terito. Aliud a futuro. Aliud a p̄senti tēpore sumitur: p̄teritū tēpus exēpla suppeditat: dum attēditur qd cur queq; gēs passa sit: ut caueamus: aut qd prudēter agerit: ut imitemur: utpote qd passi sint lacedæmonii dū cōfidūt. P̄sēns rē ipsam q̄ in māib⁹ est: cōsiderat admōet: puta debiles muros: hoies timidos: annonā caritatē & cetera huiusmōi. Futurū p̄cipere suadet: uti neqd fiat temere: habēdā bonā opiniōis rōnē: ut nō eē uiolādas suspiōibus legatiōes: ne grā gloriā honestatis amittat. Vox in duo diuiditur est. n. aiata alia: alia inaiata. Aiata qdē aiantiū. Inanimata uero sonorū: atq; crepitiū. Porro aiata bifariā scinditur. Est. n. altera litterata: altera illitterata. Litterata ut hoium: illitterata ut aialium. Eorū quæ sunt alia diuidua: alia indiuidua dicim⁹. Diuiduorū uero alia sunt similitum partium: alia dissimilitum. Atque indiuidua qdē sunt quæq; diuisionem non admittunt: & simplicia sunt: neq; ex aliquo cōposita: ut monadem: punctum ac sonum: indiuidua dicim⁹. Diuidua quæq; sunt ex aliquo cōposita: ut syllaba & cōsēntiā: & animates & aqua & aurum. Similitum partium sunt quæ ex similibus componūtur: neq; totum a parte nisi multitudine differt: puta aqua atque aurum & cetera huiusmodi. Dissimiliū partiū dicimus queq; ex dissimilibus constant: ut est domus & huiusmodi cetera. Eorum

Bona  
Mala  
NeutraLegum moderatio  
in tria diuisa

Contraria legibus iniquitas

Bonorū Genera

3

Consilium tripartitum est

Vox in duo diuiditur

Entium alia diuidua alia indiuidua

Homoeogeni

Heterogeni





Centum alia p se alia ad aliqd

quæ sunt alia per se: alia uero ad aliquid dicuntur. Et ea quidem p se dicimus quæ nulla interpretatione ut intelligat indiget. Eiusmodi sunt homo. equa & aial re liqua: nihil. n. horu interpretatione indiget. Ea uero ad aliud dicuntur: quæ inter pretatione quadã egêt: ut est maius aliquo & aliquo: celerius & melius & huius modi reliqua. Nãq; & maius minore maius est: & celerius aliquo e celerius: & in hunc modũ cætera. Ita & priora diuidebat secũdũ Aristotelem. Fuit aut & alius Plato philosophus Rhodius panæti discipulus: ut ait Seleucus gramaticus i pri mo de philosophia libro: & alius peripateticus de Aristotelis ludo: & alius praxi phanis discipulus: & alius poeta prisca comœdia.

Aristotelis  
Pompetius  
Seleucus  
Praxiphanes

Laertii Diogenis. liber quartus.  
Speusippus Atheniensis.

**Q**

Eurymedon

Gratiarũ signa

Væ de Platone dicenda erant pro uiribus diximus: qd de eo uiro singuli sensissent studiose in unũ corpus colli gentes. Successit autem ei Speusippus eurymedontis fi lius Atheniensis. Pago myrrhimusius & Platonis ex so rore natus. Octo autem annos scholæ Platonica magi ster fuit: a centesima octaua olympiadae initium sumes. Gratiarũque signa in schola collocauit: quæ fuit a Pla tone in academia constructa pstitit autem intra Platõis dogmata: & si moribus eiusmodi non fuit. Namque & iracundus erat: & uolupta tibus dederat manus. Denique aiunt illum ira cõcitatum i Catulium puteum ie cisse: uoluptateque delinitum in Macedonia ad Cassandri nuptias profectum eẽ Fertur & Platonis discipulas Lasthaniam manciuiam: & Axiotheam philiasia ipsum quoque audiuisse. Quo etiam tempore Dionysius ita ad illum mordaci ter scribens ait: & ex archade discipula tua philosophiam discere possumus. Et Plato quidẽ gratis sua limina terentes docebat. Tu uero tributa exigis: & a uo lentibus: ac nolentibus accipis. Primus hic: ut ait Diodorus in primo commenta riorum in disciplinis qd esset commune uestigauit. Easque quatum fieri poterat sibi inuicem iunxit: atque foederauit. Primus item quæ ab Isocrate dicebantur ar cana edidit: ut caneus refert: ac p mº pacto quo ex gracilioribº lignis capacia: & iuetre tumentia uascula fierent inuenit. Cum uero iã paralyti corpus illi oẽ reso lutum ferme esset: accersito xenocrate orauit ut sibi in docendo succederet. Aiunt illum cum uehiculo ferretur in academiã: obuium habuisse Diogenẽ: & cum il li salue dixisset. Hoc ab eo responsum accepisse. At tu nequaquam salue qui eius modi cum sis uiuere sustines. Demum uero mærore impulsus: cũ iam senio cõ sectus esset mortem sibi spõte cõsciuisse. Porro Plutarchus in uita Syllæ ac lysan dri pediculis efferuescētibus illũ interisse ait. Erat. n. corpore fragili ut ait Timo theus in libro de uitis: hic ad diuitem amatẽ de formẽ mulierẽ ait. Quid tibi istac opus est: ego tibi decẽ talẽtis formosiorẽ inueniam. Reliquit autem complura commentaria & dialogos plurimos: inter quos & aristippus cyrenæus est: de di uitis unũ: de uoluptate unũ: de iusticia unum: de philosophia unum: de amicitia unũ: de diis unũ: philosophus unum. ad Cephalũ unum: Cephalus unum. Clino

Catulius  
Cassander  
Lasthaniam  
Axiothea  
Dionysius  
Diodorus  
Isocrates  
Caneus  
Xenocrates

Plutarchus  
estatur in  
syllæ ac ly  
sandrũ ui  
ta

Plutarchus  
Timotheus

machus siue Lysias unũ. Cuius unũ. de aia unũ. Cõmentariorũ ad Gyllũ unum. Aristippus unũ: reþrensio artiũ unũ. Dialogi artificiales unum. Dialogi earũ rerum quæ sunt in quaq; re similes decem: Diuisiones & argumen ta ad similia. De generibus & speciebus exẽpliariorum: ad Amartyrum. Platonis laudes. Epistolæ ad Dionẽ Dionysium Philippum: de legis sanctiõẽ. Mathema ticus mædrobulus: Lysias: diffinitiones. Cõmentariorũ ordines: uersus plurimos Ad hunc Symonides scribit hystorias in quibus Dionis: ac Bionis gesta signaue rat. Eius libros Aristotelem tribus talẽtis emisse Fauorinus in secundo cõmenta riorum auctor est. Fuit & alter Speusippus medicus Europhileus Alexandrinus xenocrates Calcedonius.

simonides hyst  
ria ad spon  
pium  
Fauori  
nus

**X**enocrates Agathenoris filius calcedonius a primis ferme anis Platonis auditor fuit. Eiq; in Siciliã pficiscenti comes itineris adhæsit. Erat aut habes ingenio ac tardus: adeo ut cũ illum Plato aristoteli conferret: al terũ freno: alterum diceret egere calcaribus. illudq; cui equo: quem asinũ iungo alioquin se uero semper ac serio habitu & ore pdurabat: ita ut sape ad illum Pla to diceret xenocrates graciis sacra fac. Vixit autẽ ut plurimum in academia. Si quando uero ad urbem profecturus eẽt: turbas omnis tumultuosorũ ac impudi corũ eius obseruare trãsitum solitas tradunt eius inq; etiã gratia phryzen deniq; nobile scortum illum aliquando tentauisse: cũ uidelicet a qbusdã dedita opa inse ctaretur ab eo intra adiculã admissam humanitatis causa: Cũq; solus illic & unis cus lectulus esset oranti lectuli ipsius præ cõcessisse. demũ cũ multane quicq; oral set infecto opere pfectam esse: ac dixisse percõtantibus se non a uiro sed a statua exire. Quidam uero discipulos Laidem illi iniecisse in lectulũ tradunt: illũq; adeo fuisse continentem ut cũ se ad libidinẽ incitari præsensisset: & secare & urere uerẽ da sape pateretur. Tanta uero illius uerbis fides habebatur: ut cum iniurati nulli us testimonium admitteretur huic soli remiserint Athenienses iusiurandũ. Erat præterea maxime frugi ita ut cum illi Alexander magnã pecniã summã misisset sublati solũ tribus milibus atticis reliquũ remiserit dicẽs illi opus esse pluribus: q plures enutritet. Ab antipatro quoq; sibi missam pecuniam nõ suscepisse mironi anus in similibus testatur. Corona quoq; aurea donatũ premio. s. imodice potatio nis ab his q se continebãt apud Dionysium: cũ inde esset pfectus: eã ante Mercu rium deposuisset: ubi floreas etiam coronas ponere solitas erat. Missum illũ cum cæteris legatũ ad Philippũ fama e: ac reliquos qdem donis emollitos & conuiuia celebraffe & cũ illo sape in colloquiũ uenisse: eũ uero horũ neutrũ fecisse: Neq; enĩ illũ ideo Philippus admiserat. Quo circa & Athenas reuersos legatos dixisse Frustra xenocratẽ se cũ iuisse: & cũ illi parata iam esset mulcta cõpto ex illo ut se se res haberet: monete tũc maxime reipub. curã hẽndã. Quippe philippum cæte ros donis corrupisse: se uero nulla rõne iclinare ad suũ cõsentum posse puidisse. Ea ex re duplici honore honestatũ asserũt. Philippum quoq; postmodum dixisse se solũ xenocratẽ ex oibus q ad se uenerant legatis munera spreuisse. Ad anti patrum quoq; legatiõẽ functus ut q ex atheniensibus i bello Lamiaco capti fue rant redderet: ab eo iuitatus ad cœnã: hifce ad illũ metro uerbis usus est.

Agathenor  
Alter freno alter  
calcaribus  
Gracijs sacra  
fac  
Phryzæ  
No a uiro fec  
a statua exi  
re

Alexander  
Antipater  
Mironianus  
Dionysius  
Philippus

Antipater  
Lamiaci bellũ

Lamiaci  
bellũ



Quis prius o clree: p̄t̄merent si corda pudores.  
 Inter uina piger posset recubare dapesque.  
 Quam socios ex omni ereptos clade uideret.  
 Quibus doceret nō se prius cōuiuio exurrecturū: q̄ quod petebat impetrasset:  
 inimicosq; ac ciues absolutos uideret eius hanc dexteritatē ille perliberer ample  
 xus oēs continuo absoluit ac remisit. Cū aliquādo passer accipitri futurus p̄t̄  
 da se in eius sinum recepisset: operuit ac fouit dicēs non oportere supplicem pro  
 dere. Cū a bione obiurgaret: nō tibi inquit respondebo eq̄dē. Nā neq; tragœdia  
 cōmœdiā cū ab eo lacefit responsiōe dignat̄. ad eū q̄ neq; musica: neq; geometria  
 neq; astronomia istructus ludū suū frequētare cupiebat: p̄ge inq;: ad miniculis. n.  
 philosophiæ cares. Alii sic dixisse ferūt: Apud me enī uellus nō molliſ. Cū plato  
 ni Dionysius diceret caput tibi quispiā tollet: aderat hic & suū ostēdēs nullus inq;  
 id prius q̄ istud absidet. Aiunt antipatro Athenas profecto & se salutari nō antea  
 respondisse: q̄ cœptā finiret orōnem. Porro gloria & fastus i primis cōtēptor fu  
 it: ac saepe inter diu meditationi iſeruebat atq; unā silētio, distribuēbat horā. Scri  
 psit aut plurima: admonitionesq; & uersus. Ea fere ista sunt: de natura libros sex:  
 de philophia sex: de uitiis unum: arcadē unū: de optimo unū de puero unū de cō  
 tinentia unū: de utili unū: de libero unū: de morte unū: de uoluntario unū: de ai  
 micitia duos: de scribēdo unum: de memoria unum: de modestia unū: de cōtra  
 rio duo: de fœlicitate duo: de mēdacio unū: Calliclē unū: de prudētia duo: Oeco  
 nōicū unum: de frugalitate unū: de uiribus legis unū: de rep. unū: De ſāctitate u  
 nū: q̄ uirtus tradi possit unū: de eo quod ē unum: de fato unū: de perturbationi  
 bus unū: de uitis unū: de concordia unū: de discipulis duo: de iustitia unū: de uir  
 tate duo: de speciebus unū: de uoluptate duo: de aīa duo: de scia unū: politicum  
 unū: de uita unū: de fortitudine unū: de uno unū: de ideis unū: de arte unum: de  
 diis duo: de aīa duo: de scia unū: ciuile. unū: de scientificis unū: de philosophia u  
 nū de permenide unū: archædemus siue de iustitia unū: de bono unū: de his quæ  
 circa mētē sunt octo: Solutio eorū quæ accidūt orōni unū: De physice uel de his  
 quæ de physica rōne audiunt sex: capitula unū: de generibus & speciebus unum:  
 Pythagorica unū: Solutiones duo: diuisiones octo: positionū libros. xxxiii. de ra  
 tione differendi libros. xiiii. post hæc libros. xy. & alios. xvi. de discipulis eorum q̄  
 circa distinctionē uersari possunt libros nouē: eorū quæ circa mētē sūt alios libros  
 iiii. eorum quæ circa disciplinas uersantur libros sex: De his quæ circa mētē libros  
 duos: alios de geometris libros quinque: Cōmentariorū unum: Cōtariorū unum:  
 de numeris unum: numerorū speculatio unū de interuallis unum de his quæ i a  
 strologia uersantur libros sex & elementa. Ad alexādrū de regno libros q̄ tuor ad  
 Arybā ad ephæstionē de geometria duo uersus. iiii. ducenti triginta nouē. Eū ta  
 mē cum tātis ac talis esset: Athenienses aliquādo uēdiderunt ut eo mō in exilio  
 positus frangeretur eū demetriſ phaleris emit & utriq; succurrit. xenocrati enim  
 libertatē restituit. Atheniensibus uero iposita illi uiro ab urbe transmigratioe sa  
 tisfecit. hoc ait myrōianus amastriacus in primo historicorum similium capitulo  
 rum. Successit autem Speusippo scholāq; tenuit anno. xxy. Docere autem cœpe

son

..absidet

Antipater

Xenocratis Libri

Pythagorica

..discipulis

Arybas

Hephaestio

Xenocratis  
uenditus

Demetriſ

phaleris

Myromanus

amastriacus

Speusippus

rat sub Lyſimacho centesimæ decimæ olympiadis anno secūdo. Moritur noctu  
 cū in sartagine forte offendisset ætatis annum agēs octogelimum secundum nos  
 De eo sic diximus.

Vas ubi xenocrates non cautus iniuit ahenum.

Sæuacq; sub propria uulnera fronte tulit.

Altius o clamans animā spirauit in auras.

Heu heu uir magnis omnibus aptus erat.

Fuerunt & alii quinque eiusdē nois: prior antiquissimus huius philosophi ciuis: ac  
 ppinquus. ferē eius orō que inscribitur arſionetica de arſinoe defuncta: alius phi  
 losophus Elegiæ scripto nō satis pbatus. Ita. n. se habet res ut poetæ qdē si proſa  
 orōne scribere uelint efficiant. Qui uero pedestri oratiōe scribere cōſueuerunt: si  
 poetiæ sibi partes uindicare uelint nō consequatur. Id ex eo liquet quod alterū  
 naturę: artis alterū opus est. Alius Statuarius fuit. Poſtrēus aristoxeno teste odas  
 cōscripsit. Polemo atheniensis.

**P**olemo Phlostrati filius atheniensis. Pago Oeetheus oriūdu: cum eēt  
 adolescens: adeo impudicus: ac lubricus fuit: ut pecūias circūferret quo  
 paratior esset & instructor ad uoluptates implēdas: eas itidem in uiu:  
 & angiportis occuleret. In academia quoq; iuxta columnā quandam reperta est  
 pecunia ab eo illic in usus similes recondita. Aliquando uero ex condito cum for  
 dalibus ebrius & coronatus xenocratis irrupit scholam. Quo ille nihil aduersus  
 eā quam cæperat orationem ardentius quoque profectus est. Erat autem sermo  
 de pudicitia: ea illius oratione sensim impurus adolescens se ipsum collegit: at  
 que ita: ut industria: & studio cæteros uinceret: eique in schola regenda succede  
 ret: centesima sextadecima olympiada: docere incohans. Refert Antigonus Ca  
 ristius in uitis patrem eius fuisse primarium ciuitatis: equosque iugales nutrire so  
 litum. Fugisseque iudicium polemonem ab uxore nequitia iſimulatum: q̄ adu  
 lescentibus congregaretur. Tantum uero inter ipsa philosophandi principia oris  
 atq; habitus assumpsisse constantiam: ut idem semper permaneret uocemq; nū  
 quam imutaret. Quibus ex rebus Crantorem quoque sui in primis studiosum se  
 cit. Deniq; a cane laceſſitus. dum suram morſu discerpet ne expalluit quidem: tu  
 multuq; in ciuitate excitato perconctatus quidnam contigisset immobilis perſi  
 tit. In theatris quoque nulla miseratione mouebat. Nicoftrato enim qui cogno  
 minabatur Clytemnestra poetæ quiddā sibi cratique recitante illoque in affectum  
 cōmiseratiōis translato: hic ira perseuerauit: ac si non audiuiſſet. Eiusmodi autem  
 profecto fuit qualem describit Melātius pictor in libris de pictura: ait enim oportere  
 contumaciam quandam atque duritiam operibus & moribus ex aquo mo  
 derari. Polemo autem dicebat oportere in rebus exerceri: non in dialecticis: spe  
 culationibus uti ne breuem quandam artem sorbentes atque meditates: dum i  
 rogationibus admirationi habentur affectu sibiipsis repugnarent. Erat igitur  
 urbanus adiuncta seuera cōstantia. Idq; fugiebat quod de Euripide scribit Aristo  
 phanes acidū eū atq; asperū uocās. Neq; uero sedens dicebat cū rogaret: sed am  
 bulans. Itaq; pp summum probitatis studium in ciuitate honorabatur: maxime

Lyſimachus

Arſinoe

Neq; orator, bo  
nus poeta. ne  
q; poetia, boni  
orator

Polemo

Phlostratus

Oeetheus  
pago

..turrity

Xenocrates

Antigonus caryſſius

Crantore

Nicoftratus

Crates

Melantius pictor in  
libris de pictura

Euripides

Aristophanes



post deambulationem quiescebat in hortulo iuxta quem discipuli cōstructis bre-  
uibus tuguriis ppe scholā exhedrāq̄ habitabāt. Videtur aut̄ Polemo xenocratē  
incūctis æmulatus: eūq̄ amasse Aristippus i quarto de antiq̄s delitiis refert: sem-  
per deniq̄ illius inocētā & siccitatē. Polemo in ore habebat: induerat illi⁹ quoq̄  
grauitatē ueluti doricus q̄dam in musica modus: erat aut̄ & sophoclis in primis  
studiosus: atq̄ in illis maxime locis ubi iuxta comicū canis q̄dā molossicus secum  
una p̄emata fecisse uidebatur: & ubi iuxta phrynicum non elatus: aut turbidus:  
sed mitis incedit: atq̄ placidus. Dicebat igitur Homerum quidem epicum esse  
Sopholem. Homerum uero sophoclem tragicū. Obiit iam uetulus ex phthisi: re-  
liqt̄que opuscula plurima: nostrumque est de eo carmen.  
Non audis hominum tristem polemona dolorem  
Teximus hic morbi quem posuere graues  
Non polemon saxo tegitur: sed inane cadauer:  
Hoc ad clara uolans astra reliquit humum.

Crates Atheniensis.

**C**Rates atheniensis patre antigene ortus pago Thriasis fuit auditor si-  
mul amatorq̄ Polemonis illiusque successor scholæ: ita uero sibi profu-  
ere inuicē: ut nō modo uiuētes eadem sint studia secuti: uerū ad ultimā  
fere respiratiōem alterutrum similes fuerint: & mortui eodem sepulchro sint cō-  
diti. Vnde & antagoras ambos uersu laudauit in hanc sententiam. Hoc tumulto  
Cratem ac Polemonē cōditos fatere q̄ transis o hospes uiros consensu animorū  
præcipuos: quorū diuino ex ore doctrina manauit sacra: uitæq̄ mundicies. Sapiē-  
tiæ adiuncta ueris certisq̄ psuadens dogmatibus ornauit sæculum: hinc & Arce-  
silaū cum ad eos a Theophrasto diuenteret dixisse ferunt: illos deos esse aliquos:  
aut aurei sæculi reliq̄as. Erant. n. ingenio minime uulgari: aut multitudinis fau-  
ribus dedito. Sed qd̄ de Dionysiodoro tibicine fertur: illis cōuenientissime aptari  
pōt: quē aliquādo dixisse tradūt: & exultatē atq̄ gloriantē qd̄ nihil ex suis pul-  
sibus: neq̄ intrieris: neq̄ ad fontē unq̄ audiuiisset: sicut Ismenii Cænare apud crā-  
torē solitū refert Antigonus cōcorditer ambobus Arcesilaū etiam adiecto uiuēt-  
ibus: habitasse itē Arcesilaū una & Crantorē Polemonēque una cū Crate & Ly-  
sides fide quodā ex ciuibus. Erat aut̄ inq̄t amator: ut prædictum est. Polemonis quidē  
Crates: Cratoris aut̄ Arcesilaus. Moriens aut̄ Crates ut apollodorus in tertio cro-  
nicorū ait libro reliq̄t alios q̄dem philosophicos. De comœdia alias. Oratiōes itē  
populares alias & de legationibus alias: habuit & discipulos sane memorabiles:  
horum ex numero fuit Arcesilaus auditor suus de quo in cōsequentibus dicem⁹  
& Bion item Bioristenites: ac postremo Theodorus: a quo secta Theodorica de-  
nominata est: de quo item suo loco dicemus. Decem uero fuerūt Crates. Primus  
antiquē comœdiæ poeta. Secundus orator Trallianus de Isocratis familia. Terti-  
us uallorū effossor qui cū Alexandro militauit. Quartus Cynnicus de quo po-  
stea dicemus. Quintus philosophus peripateticus. Sextus academicus quē præ-  
diximus. Septimus Malotes grammaticus. Octauus qui geometrica scripsit. No-  
uus poeta epigramatum. Decimus Trallensis academicus philosophus.

Aristippus  
Doricus modus in  
musica  
Sophoclis  
De Sophocle  
attendit  
Homo x

Antigene  
Antagoras  
Arcesilaus  
Theophrasta  
Dionysiodorus  
Ismenius  
Antigonus  
Arcesilaus  
Crates  
Lysides  
Apollodorus  
Crates. x.  
Theodorica  
secta  
"i. a malo urbe aliq̄  
de q̄ lumin⁹ noster  
malos & extreme re  
sonant: naualibus ex  
Inquit crates grammatic⁹ noster discipul⁹ paratius dicunt.

Crantor.

**C**Rator solensis cū apud suos hñf in gloria cōcessit athenas: ibiq̄ xeno-  
cratis auditor Polemonisq̄ socius in discendo fuit. Reliquit aut̄ comē-  
taria ad. xxx. uersuum milia: Ex eis quædā Arcesilaō non desunt q̄ ap-  
plicēt. Ferē cū interrogatus eēt cuius rei gratia ita se Polemoni addixisset: respō-  
disse: q̄a illo nunq̄ neq̄ acutius neq̄ grauius audisset loquentem. Is cum infirma-  
tus esset in asclepianū secessit: ibiq̄ deambulabat: cōtinuo ad eum illuc undiq̄ cō-  
fluxere discipuli existimantes illū nō morbi causa: sed q̄ ibi scholā uellet institue-  
re eo cōcessisse. Aderat tū illic & Arcesilaus uolēs ab illo se ad polemonē cōferre  
quāq̄ amatore suo: sicuti cum ad Arcesilaum uenerimus dicemus: qua ex re nō  
solū nihil succēssit: sed ipse quoq̄ cū sanus factus esset se ad audiendū polemonē  
cōtulit: atq̄ inde multū illi & gloria & laudis accessit. Ferē & substātiā Arcesilaō  
reliquisse talentorū. xii. Et cū ab eo rogaretur ubi nā sepeliri uellet: dixisse ter-  
ræ in caris uisceribus abscondi placet. Poemata quoq̄ scripsisse dicit eaq̄ signata  
a nullo in Mineruæ fanō in patrio solo condidisse. Theatetus quoq̄ poeta illum  
laudans & uiris & musis fuisse in primis gratum canit: atq̄ sub ipsam senectutem  
cum defecisset: humo conditum: illic tranquillo æuo frui.  
Tarda senecta tulit haud ultra uiuere crantor  
Complacuit musis complacuitq̄ uiris.  
Exanimem sed terra uirum tu suscipe sacrum  
Sit placidusq̄ illic ut quoque uiuus erat.  
Admirabatur Crator præceteris Homerū & Euripidē dicēs: oposum eē & indu-  
striae plenū proprietate seruata tragice simul & misericorditer scribere: p̄ferebat  
que uersiculum ex Bellerophonte. Hei mihi quid ita mortales passi sumus. An-  
tagoram quoq̄ poetam fertur ut Crantoris ferri huiusmodi: Crantoris itē in lau-  
dem uersus referri in antagoram fama.  
O mihi mens esset celebrem quæ luserat olim,  
Progeniem diuum: canerem nam carmine curas  
Nunc æternorum: natos quot in æquore lati  
Oceani regina erebi nox edidit alto,  
Cypridis & terra genitos: sortemq̄ malignam  
Ventorum: sed deinde uirum bona: duplicis atque  
Nostra tuum canerent naturæ carmina corpus  
Erat aut̄: & nominibus fingendis acer. Tragædum deniq̄ dixit infractā habere  
uocē: & cortice plenā: & Theophrasti quaestiones ostreis cōscriptas esse. Lauda-  
tur eius maxime liber quē de luctu edidit. Obiit autē Polemonē & Cratem a quæ  
intercutis morbo. Est & nostrum epigramā in hanc sententiam.  
Inundauit & te crator pessimus morbus,  
Et sic descendisti in magnum plutonis abyssum  
Et tu qui illic nunc gaudes.  
Sermonum uidua stetit tuorum autem  
Academia & soli patria tua

Arcesilaus  
Terre maris uisceribus  
abscondi placet  
anulo  
Theatetus  
Crantor admirabatur  
præ ceteris homer⁹ &  
Euripidē  
Antagoras  
Theophrasti quaestiones



Arcefilus.

Scythus  
Scythus  
Apollodorus

**A**rcesilaus Scythi sive Scythi filius sicut Apollodorus in tertio chronico  
rum ait: Pitanaeus ex aolide primus mediā inuexit academiā negatio  
nes cōtinēs ppter sermonū cōtrarietates: priusq; in utrāq; differere par  
tem aggressus est. Idq; oratiōis genus qd' Plato tradiderat: per interrogatiōem:  
ac respōsiōē ex umbra in certamen ac puluerē prior eduxit. Cratori uero i hūc  
modū cōgressus est. Quartus erat ex fratribus: q; illi duo erāt ex eodē patre duo  
que eadē ex matre generati. Ex his alter q; eodem ex patre maior natu erat Pyla  
des: q; uero ex matre Mæreas dicebat: q; eius curator erat. Audiuit itaq; princi  
pio qdē Autolycū mathematicū ciuē suū anteq; proficisceretur athenas: q; cū sar  
dis quoq; prexit. Deinde xanthū atheniensem quoq; musicū: post quē Thephra  
sti auditor fuit. Tū demū in academiā se ad Crantorē cōtulit. Mæreas. n. quem  
p̄diximus frater illum ad oratoriā ediscendā hortabatur: sed illū philosophiā iā  
amor cæperat. Eo amore fragrantē Crantor amator suus Euripidis ex androme  
da uersiculo pcontari pgit. Nū gratias habebis: si te seruarim uirgo: cui ille seque  
tia respōdit. Duc age me hospes: & ancillā aut cōiugem ut uoles habe. Ex hoc iā  
pariter ambo morabatur. Age tulisse Theophrastum aiūt illius recessum: ac di  
xisse. Quā ingeniosus p̄optusq; adolescēs e schola discessit. Namq; cum esset in  
dicendo grauilissimus: atq; in scribendo satis exercitatus: poetica quoq; operā de  
dit. Ferūtur eius epigrammata in attalum.

Ex umbra in certame  
ac puluerem. i. ex  
scena in (anciam)

Pitanae)  
Pylades  
Mæreas  
Autolyce)  
Xanthus  
Theophrastus

Attalus

Pergamus haud armis sed equis quoq; clara per orbem  
Dicitur a pisa quam coluere dei.  
Ex ioue sis fas est mortali dicere mentem  
Rursus erit multo concelebrata magis.  
Atq; menodorum eudami filium unum ex condiscipulis amentem.  
Hinc distat phrygia est longe sacra hinc thyatera  
O menodore tua patria cadauada  
Acqualesq; uie dicunt acheronta nephandum  
Virorum ut acer undiq; permenfurat.  
Hoc tibi sed tumulum accurata cōdidit arte  
Eudemus omnibus qui tibi amior.

Menodorus  
Eudamus

Homerus amasius  
arcefilai  
Pindari Laus

Hippom  
cus

Amplectabat Homerū maxie ex oibus: cuius adeo studiosus erat: ut semp ante  
sompnū eius aliqd legeret. Mane quoque cū surgeret dicēs se ad amasium p̄gere:  
ne ab eo legēdo ip̄diredetur. Pindarū quoque dicebat eē ip̄rimis idoneū iplere uo  
cē uerborūq; ac noium copiā p̄bere. Stilū ēt ionicū exp̄ssit cū esset iunior. Hippo  
nici itē geometra auditor fuit: i quē cū eēt alias hebes & obtusus: & hiscens: artis  
tamē intelligētia ualere: iocatus est dicēs hiāti sibi geometriā in hos aduolauisse:  
eū etiā dementē aliquādo effectū domi secū habuit: atq; tā diu illius curam egit  
quoad redderetur sensui. Crate aut uita functo scholā tenuit: cedente sibi Socrati  
de quodā. Nullū uero librū scripsisse ferūt: q; æque de oibus retineret assensum.  
ali dephēsum dū quādā emēdaret tradūt: eos tamē ipsos alii nō edidisse: alii siā  
mis tradidisse aiunt. In honore summo Platonem habuit: librosq; illius studio

se lectitabat. Sūt qui Pyrrhonē quoque imitatū asseuerent. Dialectica quoque  
fuit non ip̄eritus: eretricorūq; sermones: ac ratiōes calluit. Vnde & de illo ab Ari  
stone dicebat. Ante Plato: retro Pyrrho: mediūsq; Diodorus. Timon etiā de illo  
sic locutus est: habēs nāq; Menedemū plūbū in simbus ponet: seu Pyrrhonē peni  
tus carneū: siue Diodorū. Erat aut p̄logis abunde utēs & cōstrictus atq; in locuti  
ōne ambiguus. Ac præterea obiurgator cōfidēs multū atq; audax quod Timon  
quoq; signauit: q; illius increpādo uehementiā uno uersiculo expressit.  
Oblitus nescis iuuenum dum cuncta reprehendis.

Pyrrho  
Aristo  
Diodorus  
Timon

Vnde & a adolescente quodā audacius q; par erat: loq̄nte: nullus ne inqt hūc talo  
excipiet. Cū retulisset ad eū qdā uitiose cōcludēs: nō uideri altero alterū maius:  
ne. x. inqt digitorum lōgitudo tenorum lōgitudie. Emone quodā Chio cū esset  
deformis formosum se arbitrāte: ac iugiter chlamidē præciosam induēte: ac rogā  
te nū illi sapiēs amaturus uideret ait utrū: neque. n. si ita q; sp̄iā fuerit pulcher ut tu  
neque si ita speciose induat ut tu. Cū uero ab ipudico ita ageret cui forte insensa  
erat eius grauitas: licet ne te rogare o uenerādā an silere: sit ait. Quid mihi o mu  
lier aspera nec cōsuetā loqueris? Verboſo cuidā ignauo ocia sua perturbanti: im  
probe inqt & ipudice loq; seruorū filii cōsueuerūt. Loquaci itidē se obtudenti ni  
mio uerborū strepitu: graui inqt nutrice caruisti. Quibusdā uero nihil responde  
bat. Fœneratore quodā: ac dicendi studioſo quiddā se ignorare dicente. Latent  
enim inqt & uentorum transitus auē: nisi cū adlit fœtus. Sumpta sunt aut ista ex  
Enomaio Sophoclis. Alexinū quēdā dialecticum alexini quādā cōmode ac p  
merito enarrare non ualēt: qd Philoxenus aduersus lateritios operarios egisset  
admonuit. Ille enim cum hos carmē suū male cantātes offendisset: lateres illorū  
cōculcare cœpit ac dicere. Vos mea corrūpitis: ego uestra dissipabo. Ferebat gra  
uiter siq; intēpestiue disciplinas liberales arripuisset. Naturaliter autem quoddā  
modo in differendo utebatur hoc uerbo arbitror equidem: & non assentiet istis  
ille eum ex nomine appellans: idque discipulorum quoque plurimi imitabantur:  
neque id solum uerum & rhetoricen eius omnemque dicendi modum ac fig  
guram in se nitebantur exprimere: erat autem illi inuentionis præcipua sc̄licitas  
Rite item ac facile occurrere obiectis: oratiōisq; ambitum ad id quod erat pro  
positum referre: atque omni se tempori accōmodare mirifice cellabat. Magna  
illi præterea ultra omnes ceteros erat persuadendi quæ uellet acrimonia. Quib9  
ex rebus factum est: ut ad eum audiendum cōfluerēt plurimi: & quidem cum il  
lius immodico acumine offenderentur. Quod tamen illi ipsi æquo animo ac li  
benter tolerabant: erat enim uir bonus ualde: suosque auditores bona spe plenos  
e. mittebat: erat illi summa facilitas in cōmunicandis rebus suis: atque ad ferenda  
beneficia p̄optus occurrebat: latere quoq; gratiā omni studio quarebat: fastum  
eiusmodi maxime exhorrēs. Deniq; ingressus aliquādo ad Ctesibium arotum  
uidensq; inopia rerum angustari: plenū nūmis sacculum clā eius puluino subiecit

Aemo chi)

Nota p̄ nostro  
Sancio

Sophoclis (Enomaio)  
S. Nota de Philo  
no

Alexinū  
Philoxen  
Philoxen  
fastum  
attendit

cellabat

etofibus

Quo ille inuento arcefilai inquit hic ludus est. Sed & alias mille ad eum solidos  
misit. Archiā uero arcadē Eumeni cōmendans: ut magna dignitate frueretur ef  
fecit. Liberalis quoq; admodum fuit: ipsamque liberalitatem suam argenteis in  
fii

Arcefilus libe  
ritatis not  
de q; & se  
neca



Archecratis primis uasis praeferbat: atque cum archecratis & Callicratis apparatu contendens  
 aurea quoque uasa in studio habuit: plurimisque ea subministrabat: quibus & conui-  
 uia: & coenas faciebat. Acceperat ab eo quaedam ad suscipiendos amicos argentea uasa  
 cum uero his egenus esset non repetiit. Aiunt alii de industria haec illi uetula dedisse:  
 & cum ea ille redderet: quod pauper erat: illi largitum fuisse. Erat quidem illi & i pitane substā-  
 tia ex qua sibi Pylades frater suppeditabat ad uitae usus. Sed & Eumenes Phile-  
 stari filius ipsum largissimis frequentibusque illustrabat donis. Quo circa & huic so-  
 li praeter ceteros studebat reges. Cum autem antigonum plerique obsequeretur: illiusque  
 domum salutandi causa frequentarent: ipse quae aeger nolens in illius noticiam icide-  
 re. Hieroclis item amicitiam primis fruebat: quae munychiam possidebat: & Pyraeum. Ita  
 quae diebus festis semper descendere ad eum consueuerat: & cum ab eo quoque ut antigo-  
 num salutatum pergeret iducere non acceperat: sed ad usque illius ianuam profectus retro  
 rediit. Post naualem uero antigoni pugnam plurimis illum aduentibus: epistolasque pro  
 consolatione scribentibus tacuit ipse. Attamen pro priua legatione: ad antigonum in De-  
 metriadem functus absque effectu rediit. Omne igitur tempus uixit in academia: reip-  
 sone gencia fugiens ad consilia dadas. Interdum & athenis in piraeo morabatur ex tempore dicens  
 Hierocle. n. ut diximus utebatur familiariter: unde & a plerisque carpebatur. Ma-  
 gnificencia propterea excellens: quid. n. rectius dici potest quam alter Aristippus. Coenas cum  
 similibus saepe celebrabat: ipseque ad illos proficiscebatur. Theodote item ac Phi-  
 lete eliensibus scortis palam cogrediebatur: detrahentibus autem aristippi instituta re-  
 censebat. Adolescentibus item maxime studebat: eratque in amore pronus. Unde illum  
 Ariston Chius Stoichus corruptore iuuenum disertumque impudicum & temerarium ap-  
 pellans accusabat. Namque & Demetrium cum is Cyrenem nauigasset: amasse plurimum  
 dicitur: & myrleanum leocarem: de quo & ad comestantes dixisse se quidem aperire uel  
 le: illum autem prohibere. Hunc amabat & Demochares lachetis & Pytochles beselii  
 filius. Quos ille cum deprehendisset: cedere se tolerando dixit. Praeterea carpebant eum  
 & obiurgabant ii quos diximus: ut uulgo addictum gloriaeque studiosum: maxime at-  
 illum apud Hieronymum pipaticum uexabat: cum amicos cogere ad natalem die  
 alcynoei antigoni filii: qua die pecunias plurimas in sumptus quotannis mitte-  
 bat antigonus. Vbi cum deuitaret inter pocula differere: arielo proponenti sibi quid  
 da quod speculatione indigeret: orationemque ut super illo differeret: dixisse ferunt. At hoc  
 ipsum in primis philosophiae proprium est: cuiusque rei tempus sciri. In id autem quod turbae  
 addictus culpabatur: & Timonidem suo ut solet cursu coarguit. Cum tamen esset  
 eiusmodi: ita moderatus & fastus fuit: ut discipulos moneret & alios audi-  
 re: & cum adolescens quaedam Chius ex ludo suo Hieronymi quem praediximus scholam  
 plus sibi placere significasset: ipse manu apprehensum ad illum duxit: philosopho  
 que commendauit admonens seruare ordinis: ac disciplinae grauitatem. Perlepidum  
 & hoc illius dictum memoratur. Per cotanti. n. cur ex disciplinis aliis plerique ad se  
 etiam epicuream transferret: ex epicureis uero nullus se ad ceteras conferret: ait. quod ex uiris  
 quidem galli fuerunt: ex gallis uiri nunquam. Cum uero iam esset morti proximus: sua omnia Pyladi  
 fratri legauit: quod is illum Chium clauis marea atque inde athenas deduxerat. Nunquam uero  
 aut uxorem duxit: aut filios genuit. Tria testamenta conscripsit. Ex his unum

eretriae penes Amphitricum deposuit: secundum athenis apud quaedam ex amicis  
 Tertium domum ad Thaumasiam quaedam necessarium suum misit oras: ut illud  
 seruaret: ad quae ita etiam scripsit. Arcesilaus Thaumasia salutem. Testamenta mea  
 Diogeni tradidi ad te perferenda. Quia enim saepius aegroto: & corpore non rite ua-  
 leo: testamentum conficere placuit: ut si quid contingat inopinatum: sine tua in-  
 iuria proficiscar ex uita: qui unus ex omnibus maxime me affectu persecutus es si-  
 dissimus autem omnium qui hic sunt cum mihi semper fueris: diligenter ea seruare stude: tum  
 propter aetatem: tum propter necessitudinem. Cura igitur memor quod tuae fidei comit-  
 tam: ut quod apud te totum deponam quod in te esse id moliri: ut negocia mea ho-  
 neste disposita sint. Posita sunt autem ista athenis apud quendam ex amicis: & ere-  
 triae penes Amphitricum: Obiit ut Hermippus ait: cum merum immodice hausisset: ac per id offendisset septuagesimo & quinto aetatis anno: susceptusque est ab  
 atheniensibus ut nemo alius.

Quid uini tantum die arcesilae bibisti.

Extra sis mentem lapsus ut ipse tuam?

Non tam te miserum quam mortuum: atque musas

Tu potus nimio laeseris e calice.

Fuerunt & tres alii arcesilae. Primus poeta praesae comediae: secundum elegit poe-  
 ta: tertius sculptor: in quem & Simonides hoc scripsit epigramma. Signum hoc dia-  
 nae est. Ducentae enim merces eius dragmae. Artifex elaborauit pallidis manibus  
 Dignus Arcesilaus Aristodici filius. Praedictus autem philosophus ut ait Apollodo-  
 rus in chronicis floruit maxime circa centesimam & uigesimam olympiadem.

Bion Boristhenites.

**B**ion genere quidem boristhenites fuit. Quibus uero sit ortus parentibus  
 & quibus ex rebus ad philosophiam se contulerit: ipse Antigonum aper-  
 ruit. Cum enim ille scitaretur quisnam: unde ubi illius esset patria atque  
 parentes: sentiens se uituperatum esse apud regem atque ideo sic locutum ad il-  
 lum ait. Pater quidem meus libertus fuit cubito se tergens. Significabat autem il-  
 lum succidiam & lardum uendere. Boristhenites genere non habens faciem: sed  
 in facie scripturam acerbissimi domini: mater autem quam huiusmodi ducere po-  
 tuit. Deinde pater nescio quid in rem publicanorum committens cum tota domo  
 uenundatus est. Me adulescentulum haud ignauum uel ingratum orator qui-  
 dam emit. Is moriens mihi omnia reliquit. Ego tabulas ipsius exuens cunctasque  
 conscindens athenas concessi: ibique philosophatus sum. Hoc mihi genus est:  
 ista progenies: ista habui quae de me dicerem. Desinat igitur Perseus ac philo-  
 nides ea historia tradere: me autem ex me ipso intueri & erat sane Bion alias uer-  
 satili ingenio: & iophista callidus: puerque circa philosophiam se exercere uolenti-  
 bus occasionem praebuerat. In quibusdam uero lenis & iymphidus fastuque per-  
 frui ualens. Copiosa autem reliquit commentaria: sed & sententias utiles & gra-  
 ues: ut illud. Cum sibi probro daretur: quod adolescentem non sibi uendicasset non  
 enim iquit possibile est mollem caseum hamo attrahere. Interrogatus aliquando  
 quidam anxietate maiore detinetur: ille inquit qui se maxime cupit esse felicem &

Amphitricus  
Thaumasia  
Diogenes

Hermippus

Arcesilae mors  
ob meritum  
medice ha-  
uisti

Arcesilae mors

Aristodici  
Apollodorus

Antigonus

Perseus  
Philonides

Sententiae

Nota Sententia



De eoq fundos abli  
guriuit

11-1-abliguaci  
erat

Si turpe duxeris  
poenam habebis  
si pulchra commiseris  
Magnū malū nō posse  
ferre malum  
Amphi-  
raus  
Socrates  
Facetissimū Alcibiades  
1677  
Contra Alcibi-  
adem  
Sententia  
Pulchra  
Pulchrum auro  
A  
Prudentia  
Arc  
ni  
Crates  
Theodor  
athens  
f  
ci  
Refum mouere  
sc  
auditoribus  
maxime pitus

